M. TULLII CICERONIS
HISTORIA PHILOSOPHIAE ANTIQUAE

EX
OMNIBUS ILLIUS SCRIPTIS
COLLEGIT DISPOSUIT
ALIORUMQUE AUCTORUM
ET LATINORUM ET GRAECORUM
LOCIS
ILLUSTRAVIT ET AMPLIFICAVIT

D. FRIDERICUS GEDIKE
REGI BORUSS. A CONSILIIS ECCLESIAST. ET SCHOL.
DIRECTOR GYMNASII BEROLINENSIS ET
COLONIENSIS

EDITIO TERTIA EMENDATIOR.

BEROLINI
SUMTIBUS AUGUSTI MYLII
MDCCCXV.

VIRO

SUMME REVERENDO

D. GOTTH. SAM.

STEINBART

THEOLOGIAE AC PHILOSOPHIAE

IN ACADEMIA VIADRINA

PROFESSORI CELEBERRIMO

PATRONO DE ME MERITISSIMO

PUERITIAE OLIM MEAE DERELICTAE

ALTORI ET EDUCATORI OPTIMO

PRAECEPTORI AETATEM DEVENERANDO

CUJUS

SUMMA ET PLURIMA

IN ME COLLATA BENEFICIA

NUNQUAM MIHI EX MENTE EFFLUENT

LIBRUM HUNC

GRATI ANIMI MONUMENTUM

EO QUO PAR EST PIETATIS SENSU

D. D. D.

PRAEFATIO

EDITIONIS PRIORIS.

Ad hunc ego librum conscribendum nec casu nec meo ipsius consilio impulsus accessi, sed admonitus et evocatus ab Illustrissimo Zedlizio, rerum ecclesiasticarum atque scholasticarum summo in terris Borussicis praeside, Viro de litteris ac scholis immortaliter merito. Qui quum intelligeret, antiquae philosophiae notitiam pernecessariam esse adolescentibus, nec sine ea ipsam veterum scriptorum lectionem feliciter satis procedere, quumque ipsius philosophiae studium ab hac historica notitia utilissime ordiendum esse videret, quo facilius primis et veritatis et erroris fontibus cognitis a partium studio deterreatur juventus: historiam hanc philosophiae antiquae neutiquam (ut fere fit,) in scholis negligendam esse rectissime existimavit. Quum autem non minus vere censuisset, studium hoc cum ipsa veterum scriptorum lectione aptissime ac utilissime posse conjungi, nec ullam esse utiliorem juvenilis institutionis rationem hac rerum atque verborum amica societate: ex libris Ciceronis, quo nemo veterum scriptorum largiorem huic consilio messem suppeditare possit, historiae philosophiae enarrationem colligi voluit. Ita factum est, ut mihi hunc injungeret laborem, meque ex Cicerone, quaecunque ad historiam philosophiae spectarent, colligere, disponere, et, quae deessent, ex aliis scriptoribus adjicere juberet. Nolui equidem refugere oblatam mihi honorificam de scholis merendi occasionem, nec tamen sine timore eam amplexus sum, quippe virium mearum imbecillitatis haud nescius. Attamen, ut, quantum quidem in me situm esset, conferrem ad praeclara Illustrissimi Zedlizii de juvenili institutione consilia perficienda, alacri animo accinxi me ad hunc laborem, quem tamen plures, quam primo credideram, difficultates habere, deprehendi. Denuo igitur ordine perlegi omnia Ciceronis scripta, si ab epistolis discesseris, (in quibus solis indicum auctoritate acquiescere poteram) et omnia, quae ad consilium propositum spectarent, diligenter excerpsi: quamquam facile fieri potuit, ut, quae humana incuria est, locum aliquem graviorem praeter-

mitterem, quod tamen non adeo saepe contigisse mihi persuasum est. Nec tamen omnes omnino locos colligere volui, quippe saepe eadem narrantes. Quare illustriores et copiosiores selegi, quamquam non omnino caveri poterat, ne una res pluries referretur. Prorsus autem necesse fuisse, ut hic illic quaedam verba leviter inflecterem et aliquam modo disjungerem modo adderem particulam, satis manifestum est; praesertim quum mihi propositum esset, plures Ciceronis locos ex diversis illius libris decerptos, ubicunque id commodo fieri posset, conglutinare. Omnia tamen, quae nexus causa inserenda aut praemittenda videbantur, ipsa typorum charactere ab ipsius Ciceronis verbis distincta sunt.

Addidi deinde ex aliis scriptoribus ea, quae partim ad illustrandam partim ad amplificandam Ciceronis enarrationem valerent. In quo labore non solum ad veritatem historicam respexi, sed etiam hanc mihi legem scripsi, ut nonnisi eos locos afferrem, quorum intelligentia non nimis impedita esset nimiaque difficultate juventutem moraretur. Hinc factum est, ut pauciora ex Aristotele attulerim, quam allaturus fuissem, nisi ad juventutis vires simul respiciendum esse judicassem, quamquam vel sic sat multa ex eo attuli.

Est igitur hic liber *Chrestomathia*, quam vocant, ex magno veterum scriptorum numero collecta, diversa tamen ab aliis ejusmodi collectionibus, quod omnia ad unum consilium relata sunt, et continuam quandam disciplinam tradunt juventuti, quae hoc libro perlecto, non dubito, quin multo majori cum voluptate et utilitate integros Ciceronis libros philosophicos sit tractatura, quum si historiae philosophiae plane rudis ad eos accedat. Nec hanc ego minimam hujus libri in scholis utilitatem fore confido, ut innotescant adolescentibus quamplurimi veteres scriptores, quorum saepe ne nomina quidem audire solent; nam ex septuaginta circiter auctoribus decerptos locos continet haec collectio. Ipsa quoque haec non solum auctorum, sed utriusque etiam sermonis varietas habet, quo alliciat juventutem, varietatis cupidam; id quod ipse jam expertus sum, ex quo per aliquod tempus cum adolescentulis meis singulas libri hujus plagulas perlegi, eosque hac auctorum et sermonis varietate mirifice teneri atque delectari non sine voluptate intellexi. Quid? quod Viris etiam eruditis hunc meum laborem non plane inutilem fore spero; quum, quae in omnibus Ciceronis scriptis dispersa jaceant membra, hic in unum quasi corpus collecta inveniant,

et

et aliorum quoque auctorum locos conquirendi opera magis superſedere queant.

Erant quidem, qui totum hujus libri conſilium eo ſint improbaturi, quod auctoritatem Ciceronis in hiſtoria philoſophiae leviorem judicent, quam ut ea acquieſci poſſit. His tamen ſatis ſuperquè reſponſum eſt a cel. *Meinerſio* in oratione de Ciceronis in univerſam philoſophiam meritis (Vermiſchte Schr. Th. I. p. 274 ſqq.) Et quamquam negare nec poſſum nec volo, non ſemper Ciceronem philoſophorum doctrinam ſatis accurate ſive percepiſſe ſive explicaſſe, velim tamen mihi alium oſtendi hiſtoriae philoſophiae fontem, qui ubique et purior et plenior ſit. Eſt praeterea praeceptoris, qui omnino aliis et fontibus et ſubſidiis inſtructus eſſe debet, monere adoleſcentes, ſicubi errare viſus ſit Cicero aut alius quispiam auctor, cujus in hac collectione verba leguntur. Nam et manifeſtas quasdam hiſtoriae philoſophicae fabulas afferre non dubitavi, nec tamen in iis refutandis tempus conſumere volui, quum id ab aliis jam ſatis ſuperque factum eſſet. Praetermitti autem ſaepe nec potuerunt nec debuerunt fabulae iſtae, quoniam earum notitia non omni caret utilitate, immo ſaepe neceſſaria eſt.

Ad textum Ciceronis quod attinet, nulli equidem recenſioni me ita addixi, ut eam ſolam ſequerer, ſed quaecunque mihi lectio ad veritatem proxime accedere videretur, eam amplexus ſum, praecipue tamen Daviſium ſecutus, cujus ut et aliorum emendationes, ubi inſigni veritatis ſpecie ſeſe mihi probaſſent, in textum recipere non dubitavi, plus mihi in hac collectione licere ratus, quam ſi editionem totius alicujus libri Ciceroniani curaſſem; nec ad rem mihi pertinere videbatur, ubique lectorem monere, ubi a vulgata lectione discesſiſſem notisque criticis hiſtoriae filum abrumpere. Factum id tamen eſt, quotiescunque graviorem aliquam mutationem admiſi.

Diſſimilitudinem quandam et ſtyli et amplitudinis in narrando nemo mirabitur. Separari illa ab hujus libri ratione omnino non poterat, nec ea, quantum equidem video, quidquam, quod noceat, habet. In Pythagoreorum tamen hiſtoria nimis brevem me fuiſſe, nec plures ex aliis ſcriptoribus locos adjeciſſe, jam aegre fero. Contra nimis fere copioſus fui in Platonis vita atque doctrina enarranda, quamquam pater et princeps philoſophiae copioſam prae ceteris merebatur enarrationem. Omnino autem et alibi plures inſignes locos allaturus fuiſſem, niſi verendum fuiſſet, ne in nimiam molem

 ex.

excresceret liber, juventutis praesertim usui dicatus. Et erant omnino multa vel ideo praetermittenda, ut praeceptor in explicando hoc libro haberet, quod adderet. Philosophiae post Ciceronem historiam primum etiam ex variis auctoribus serioribus contexere constitueram; sed ne nimis augeretur libri et moles et pretium, abjeci consilium hoc; ut tamen praeceptor in enarranda historia hac filum haberet, quod sequeretur, addidi brevem hujus periodi conspectum.

Multum in hoc labore adjuverunt me praeter notos libros universam philosophiae historiam complectentes scripta Virorum doctissimorum, *Meinersii* atque *Tiedemanni*. *Büschingii* quoque V. S. R. historia philosophiae eo utilior mihi fuit, quod et ipse plurimos Ciceronis locos suae enarrationi adjunxit. Quodsi et meam hanc collectionem non inutilem juventuti judicaverint Viri eruditi, sique magno illi Viro, quo hortante stadium hoc ingressus sum, non plane displicuerit, impense equidem mihi gratulabor, nec unquam me temporis atque laboris in illa collocati poenitebit.

Scripsi Berolini X Cal. Octobr. MDCCLXXXI.

PRAEFATIO
NOVAE EDITIONIS.

Viginti fere elapsi sunt anni, ex quo primum hic liber, qui jam iterum parum mutatus prodit, in usum juventutis et scholasticae et academicae a me editus est. Ad novam hanc editionem non mea sponte equidem accessi, sed invitus fere honestissimi redemtoris voluntate perductus, quippe qui scholas hoc libro carere nollet. Multa, fateor, mutare potuissem, forsan et debuissem. Quod tamen pauca tantum mutaverim, pauca addiderim, pluribus deletis, factum id est eo consilio, ne nimia libri scholis destinati mutatio illius usum impediret magis quam commendaret. Nec tamen dubito, quin et talis, qualis jam est, in posterum quoque juventutem litterarum humanitatis studiosam ad interiorem philosophiae ejusque historiae notitiam non sine fructu formare et praeparare valeat, quo fiet, ut et repetitio libri non inutilis et supervacanea esse videatur.

Scripsi Berolini, ultimo seculi duodevicesimi die.

SYNOPSIS.

SYNOPSIS.

M. TULLII CICERONIS HISTORIA PHILOSOPHIAE ANTIQUAE.

SECTIO I.
DE PHILOSOPHIA BARBARORUM.

INTRODUCTIO.

Philosophiam apud barbaros, praesertim apud Aegyptios, natam educarunt Graeci, et quam rudem et horridam acceperant, diligentissime expoliverunt, eamque, ut ceteras artes, quarum semina ab exteris nationibus petiverant, ad eum perfectionis gradum evexerunt, quem apud ipsos barbaros nunquam attingere potuit. Hi enim quum plerumque servitutis jugo pressi cogitandi et loquendi libertate carerent, et omnis fere scientia a solis sacerdotibus occupata teneretur, qui, ut apud incultas gentes fieri solet, eam obscurae cujusdam sanctitatis velo tegebant, ut ad vulgus penetrare non posset; quumque ipsa barbarorum lingua plerumque non satis exculta, rebusque ultra corporis sensum constitutis percipiendis et explicandis accommodata non esset: fieri profecto non potuit, ut ipsorum, si qua erat, philosophia multum progrederetur, et exutis poetarum fabulis et allegoriis, quibus totius antiquitatis more et sermonis inprimis egestate coacti veri-

A *tatem*

tatem velaverant, ad ſimplices ac evidentes rerum divinarum humanarumque notiones emergeret. Non mirum igitur, exiguam admodum atque incertam eſſe noſtram de philoſophia barbarorum cognitionem. Non adeo magnum tamen pretium huic philoſophiae ſtatuendum eſſe, noſtris temporibus in confeſſo eſt. Auget obſcuritatem perverſa multorum Graecorum ratio, qua barbarorum inſtituta ac diſciplinam ex ſuae eruditionis ambitu dimetiebantur et explicabant, ac ubique, inprimis quod ad religionem attinet, ſimilitudines quasdam inter ſua et peregrina inveſtigare conabantur. Qua ratione dici non poteſt, quantum obſcuritatis illatum ſit hiſtoriae philoſophiae et religionis barbarorum. Sed quum aliqua tamen harum rerum notitia tironibus pernеceſſaria ſit, afferam locos Ciceronis ad philoſophiam barbarorum ſpectantes, adjectis nonnullis aliorum ſcriptorum locis, qui Ciceronis ſententiam modo illuſtrent, modo amplificent.

---

1. CHALDAEI.

Divin. 1, 41. In Syria (1) Chaldaei cognitione aſtrorum ſollertiaque ingeniorum antecellunt.

ibid. c. 1. Princip. Aſſyrii (2) propter planitiem magnitudinemque regionum, quas incolebant, quum coelum ex omni parte

(1) Syria interdum latiori ſenſu dicitur, ita ut Meſopotamia quoque et Aſſyria, immo, ut hoc loco, Babylonia etiam ad eam referatur.

(2) Saepiſſime ſub Aſſyriorum nomine comprehenduntur etiam Babylonii.

parte patens intuerentur, trajectiones motusque ftellarum obfervaverunt, quibus notatis, quid cuique fignificaretur, memoriae prodiderunt. Qua in natione Chaldaei, non ex artis fed ex gentis vocabulo nominati (3), diuturna obfervatione fiderum fcientiam putantur effecisse, ut praedici poffet, quid cuique eventurum et quo quisque fato natus effet. [Divin. 2, 43] *Inprimis igitur* notant fidera natalitia Chaldaei; *fed* [ib. c. 46.] *qui* ajunt, quadringenta et feptuaginta millia annorum in periclitandis experiendisque pueris, quicumque effent nati, Babylonios pofuiffe, fallunt. Si enim effet factitatum, non effet defitum: neminem autem habemus auctorem, qui id aut fieri dicat, aut factum fciat.

Diodorus Siculus Chaldaeos, Babyloniorum [Bibl L.II. c. 29.] *philofophos, ita defcribit:* *Χαλδαιοι προς τη θεραπεια των θεων τεταγμενοι παντα τον του ζην χρονον φιλοσοφουσι, μεγιστην δοξαν εχοντες εν Αστρολογια. Αντεχονται δ' επι πολυ και μαντικης, ποιουμενοι προρρησεις περι των μελλοντων, και των μεν καθαρμοις, των δε θυσιαις, των δ' αλλαις τισιν επωδαις αποτροπας κακων και τελειωσεις αγαθων πειρωνται ποριζειν. εμπειριαν δ' εχουσι και της δια των οιωνων μαντικης, ενυπνιων τε και τερατων εξηγησεις αποφαινονται. — Την δε τουτων μαθησιν ἁπαντων ουχ ὁμοιαν ποιουνται τοις τα τοιαυτα επιτηδευουσι των Ἑλληνων. Παρα τοις Χαλδαιοις γαρ εκ γενους ἡ τουτων φιλοσοφια παραδεδοται, και παις παρα πατρος διαδεχεται, των αλλων λειτουργιων πασων απολελυμενος.*

Οἱ δ' ουν Χαλδαιοι την μεν του κοσμου φυσιν αΐδιον φασιν ειναι, και μητε εξ αρχης γενεσιν εσχηκεναι, [ib. c. 30.]

 μηθ'

(3) Ita loquitur, quod omnes *Genethliacos*, quaecunque demum iis patria contigerat, Chaldaeos nominabant. Alioqui proprie *Chaldaei* vocabantur inter Babylonios ii, qui fiderum fcientiae fe dabant. *Davis* ad h. l.

μηθ᾽ ὕϛερον φθοραν επιδεξεσθαι. την δε των ὁλων ταξιν τε και διακόσμησιν θειᾳ τινι προνοιᾳ γεγονεναι, και νυν ἑκαϛα των εν ουρανῳ γινομενων ουχ ὡς ετυχεν ουδ᾽ αυτοματως, αλλ᾽ ὡρισμενη τινι και βεβαιως κεκυρωμενη θεων κρισει συντελεισθαι. των δ᾽ αϛερων πολυχρονιους παρατηρησεις πεποιημενοι, και τας ἑκαϛου κινησεις τε και δυναμεις ακριβεϛατα παντων ανθρωπων επεγνωκοτες, πολλα των μελλοντων συμβαινειν προλεγουσι τοις ανθρωποις, μεγιϛην τε φασιν ειναι θεωριαν και κινησιν περι τους πεντε αϛερας, τους πλανητας καλουμενους, οὑς εκεινοι μεν ἑρμηνεις ονομαζουσιν, ιδιᾳ δε τον νυν ὑπο των Ἑλληνων Κρονον ονομαζομενον. — Περι δε του πληθους των ετων, εν οἱς φασι την θεωριαν των κατα τον κοσμον πεποιησθαι το συϛημα των Χαλδαιων, ουκ αν τις ραδιως πιϛευσειεν. ετων γαρ ἑπτα και τετταρακοντα μυριαδας και τρεις επι ταυταις χιλιαδας εις την Αλεξανδρου διαβασιν γεγονεναι καταριθμουσι, αφ᾽ ὁσου ηρξαντο των αϛρων τας παρατηρησεις ποιειν.

ib. c. 31.

L. 16. p. 1074. *Strabo de iisdem ita:* Αφωριϛο εν τῃ Βαβυλωνιᾳ κατοικια τοις επιχωριοις φιλοσοφοις, τοις Χαλδαιοις προσαγορευομενοις, οἱ περι Αϛρονομιαν εισι το πλεον· προσποιουνται δε τινες και γενεθλιαλογειν, οὑς ου καταδεχονται οἱ ἑτεροι. — Εϛι δε και των Χαλδαιων των αϛρονομικων γενη πλειω, αλλα και αλλα λεγοντες περι των αυτων δογματα.

Math. c. 5. *Fundamentum astrologiae Chaldaicae secundum Sextum Empiricum hoc erat:* συμπαθειν τα επιγεια τοις ουρανιοις, και κατα τας εκεινων απορροιας ἑκαϛοτε ταυτα νεοχμουσθαι.

Ceterum ultra astronomiam vel potius astrologiam non multum se extulisse Chaldaeorum eruditionem probabile est, quare philosophiae nomine non admodum digna videtur. De deo quid statuerint, non omnino certum est, nec id mirum cuiquam esse debet, qui didicerit, quam pauca nobis restent

restent disciplinae eorum monumenta, et quam suspectae fidei ea, quae restant, sint, quo pertinent inprimis Berosi fragmenta. Hoc tamen certum esse videtur, astris et stellis divinam ab iis naturam esse tributam.

2. AEGYPTII.

Aegyptii in camporum patentium aequoribus habitantes, quum ex terra nihil emineret quod contemplationi coeli officere posset, omnem curam in siderum cognitione posuerunt. *Sic* artem praedicendi, quid cuique eventurum et quo quisque fato natus esset, longinquitate temporum innumerabilibus paene seculis consecuti putantur. Divin. I, 42. ib. c. 1.

Omne fere genus bestiarum Aegyptii consecraverunt, quorum imbutae mentes pravitatis erroribus quamvis carnificinam prius subierint, quam ibim aut aspidem aut felem aut canem aut crocodilum violent: quorum etiam si imprudentes quidpiam fecerint, poenam nullam recusent. Nullam *tamen* belluam nisi ob aliquam utilitatem, quam ex ea caperent, consecraverunt. Velut ibes, quae maximam vim serpentium conficiunt, avertunt pestem ab Aegypto, quum volucres angues ex vastitate Libyae vento Africo invectas interficiunt atque consumunt: ex quo fit, ut illae nec morsu vivae noceant, nec odore mortuae. Possum de ichneumonum utilitate, de crocodilorum, de felium dicere: sed nolo esse longus. Ita concludam tamen, belluas a barbaris propter beneficium consecratas. Et ne fando quidem auditum est, crocodilum aut ibim aut felem violatum ab Aegyptio. Apis *quoque* sanctus Aegyptiorum bos, deus videtur Aegyptiis. Nat. D. 3. 15. Tuscul. 5, 27. N. D. 1, 36. ib. 1, 29.

Prima cultus belluarum origo repetenda videtur ex hieroglyphico, quod vocant, scribendi ge-

nere, et, quae cum eo cohaeret, notatione similitudinum quarumdam, quas inter deos suos et animalia deprehendisse sibi videbantur. (*εικονας τινας εν αυτοις αμαυρας της των θεων δυναμεως κατιδοντες*, ut ait Plutarchus de If. et Ofir. c. 74.) *Cum his conjungenda explicatio Ciceronis, qui ex belluarum utilitate earum cultum derivat, quamquam hac ratione non omnes difficultates tolli queant; praesertim quum nonnulla eaque utilissima animalium genera, non modo non consecrata sed publicae etiam detestationi obnoxia fuerint, e contrario vero noxiis quoque nonnullis animalibus ejusmodi cultus exhibitus sit. Ipsum tamen crocodilum eatenus saltem utilitatem attulisse Diodorus narrat* (Bibl. 1, 89.) *ut praedones ex Arabia et Africa multitudine harum belluarum absterriti tranatare* Nilum *non facile ausi sint. Plures causas cultus animalium recenset* Diodorus l. l. et Plutarchus de Iside et Osir. *Inter recentiores hac de re prae ceteris legendi sunt* Moshemius ad Cudworthii systema p. 419 sqq. et Cel Meiners in *Syntagmate, cui titulum praefixit:* Vermischte philosophische Schriften, Th. 1. p. 192. sqq.

Nat. D. 3. 22. Vulcani complures *sunt:* primus Coelo natus; secundus Nilo natus, Phthas, ut Aegyptii appellant, ib. c. 21. quem custodem esse Aegypti volunt. *Hoc* Vulcano, Nili filio, natus *Sol*, cujus urbem Aegyptii volunt ib. c. 23. esse eam, quae Heliopolis appellatur. Minerva *etiam* ib. c. 22. orta Nilo, quam Aegyptii Saitae colunt (1). Mercurium Aegyptii Thoth appellant, qui illis leges et literas tradidisse dicitur (2). Eodem nomine anni primus mensis apud eos vocatur.

De

(1) Minervae, a Saitis in Agypto inferiori cultae, Aegyptium nomen *Νηιθ* fuisse tradit Plato in Tim. p. 524.

(2) Ex his exemplis luculenter apparet, quantopere Grae-

De hoc universae eruditionis Aegyptiacae sive vero sive commentitio auctore ita Plato scribit: Ηκουσα, περι Ναυκρατιν της Αιγυπτου γενεσθαι των εκει παλαιων τινα θεων, οὑ και το ορνεον το ἱερον, ὃ δη καλουσιν Ιβιν· αυτῳ δε ονομα τῳ δαιμονι ειναι Θευθ. Τουτον δε πρωτον αριθμον τε και λογισμον εὑρειν και γεωμετριαν και αστρονομιαν, ετι δε πετταιας τε και κυβειας, και δη και γραμματα. in Phædr. pag 1240. ed. Franc.

Aegyptiorum doctrina de immortalitate et metempsychosi ex hoc potissimum Herodoti loco apparet: Πρωτοι δε και τονδε τον λογον Αιγυπτιοι εισι οἱ ειποντες, ὡς ανθρωπου ψυχη αθανατος εστι· του σωματος δε καταφθινοντος ες αλλο ζωον αιει γινομενον εσδυεται· επεαν δε περιελθη παντα τα χερσαια και τα θαλασσια και τα πετεινα, αυτις ες ανθρωπου σωμα γινομενον εσδυνειν· την περιηλυσιν δε αυτη γινεσθαι εν τρισχιλιοισι ετεσι. l. 2. cap 123.

Religionem Aegyptiorum breviter ita describit Diodorus Siculus: Φασι Αιγυπτιοι κατα την εξ αρχης των ὁλων γενεσιν πρωτους ανθρωπους γενεσθαι κατα την Αιγυπτον. — Τους δ᾽ ουν κατ᾽ Αιγυπτον ανθρωπους το παλαιον γενομενους αναβλεψαντας εις τον κοσμον, και την των ὁλων φυσιν καταπλαγεντας και θαυμασαντας ὑπολαβειν ειναι δυο θεους αϊδιους τε και πρωτους, τον τε ἡλιον τε και την σεληνην, ὡν τον μεν, Οσιριν, την δε, Ισιν, ονομασαι. Diod Sic. l. 1. c. 10. c. 11.

Καθολου δε πολλη τις εστι διαφωνια περι τουτων των θεων. την αυτην γαρ οἱ μεν Ισιν, οἱ δε Δημητραν, c. 25.

Graecorum atque Aegyptiorum religiones a veteribus confusae et inter sese commistae fuerint. Factum id quidem in omnium gentium religionibus, ipsorum quoque Germanorum, ut ex Tacito (de mor. G) constat; nusquam tamen magis quam in religione Aegyptiorum, eique rei ansam inprimis dedit multiplex Graecorum cum Aegyptiis commercium, eorumque multae in Aegypto coloniae.

οἱ δε Σεληνην, οἱ δε Ἡραν, οἱ δε πασαις ταις προσηγοριαις ονομαζουσι. τον δε Οσιριν οἱ μεν Διονυσον, οἱ δε Πλουτωνα, οἱ δε Αμμωνα, τινες δε Δια, πολλοι δε Πανα, νενομικασι.

Prooem. ſ. 10. *Secundum Diogenem Laertium docuere Aegyptii* αρχην (principium, ex quo ortus ſit mundus) *ειναι την ὑλην, ειτα τα τεσσαρα ςοιχεια εξ αυτης διακριθηναι, και ζωα τινα αποτελεσθηναι· θεους δ' ειναι ἡλιον και σεληνην· τον μεν Οσιριν, την δ' Ισιν καλουμενην· αινιττεσθαι τε αυτους δια τε κανθαρου, και δρακοντος, και ἱερακος και αλλων.* —

Ann. 11. 14. *De hoc ſymbolico vel hieroglyphico ſcribendi genere ita Tacitus*: Aegyptii primi per figuras animalium ſenſus mentis effingebant, et antiquiſſima monumenta memoriae humanae impreſſa ſaxis cernuntur.

Diod. Sic. l. III, 4. *Diodorus Siculus de eodem ſcribendi genere, quod ab Aethiopibus Aegyptios accepiſſe credit, haec tradit*: *Περι δε των Αιθιοπικων γραμματων, των παρ' Αιγυπτιοις καλουμενων ἱερογλυφικων, ῥητεον, ἱνα μηδεν παραλειπωμεν των αρχαιολογουμενων. συμβεβηκε τοινυν τους μεν τυπους ὑπαρχειν αυτων ὁμοιους ζωοις παντοδαποις και ακρωτηριοις ανθρωπων, ετι δ' οργανοις, και μαλιςα τεκτονικοις.* — *γραφουσι δε ἱερακα και κροκοδειλον, ετι δ' οφιν και τον εκ του σωματος των ανθρωπων οφθαλμον και χειρα και προσωπον, και ἑτερα τοιαυτα. ὁ μεν ουν ἱεραξ αυτοις σημαινει παντα οξεως γινομενα, δια το ζωον τουτο των πτηνων σχεδον ὑπαρχειν οξυτατον. μεταφερεται τε ὁ λογος ταις οικειαις μεταφοραις εις παντα τα οξεα και τα τουτοις οικεια. ὁ δε κροκοδειλος σημαντικος εςι πασης κακιας. ὁ δ' οφθαλμος δικης τηρητης και παντος του σωματος φυλαξ.*

Diod. Sic. l. I. c. 73. *Sacerdotes Aegyptiorum, ſolos ſcientiae poſſeſſores, ita deſcribunt veteres*: *Της χωρας ἁπασης εις τρια μερη διῃρημενης, την μεν πρωτην εχει*

μεριδα

μεριδα το συςημα των ἱερεων, μεγιςης εντροπης τυγχανον παρα τοις εγχωριοις. — καθολου γαρ περι των μεγιςων οὑτοι προβουλευομενοι συνδιατριβουσι τῳ βασιλει, των μεν συνεργοι, των δε εισηγηται και διδασκαλοι γινομενοι. Και δια μεν της αςρολογιας και της ἱεροσκοπιας τα μελλοντα προσημαινοντες, εκ δε των εν ταις ἱεραις βιβλοις αναγεγραμμενων πραξεων τας ωφελησαι δυναμενας παραναγινωσκοντες· ου γαρ ὥσπερ παρα τοις Ἑλλησιν, εἷς ανηρ η μια γυνη την ἱεροσυνην παρειληφεν, αλλα πολλοι περι τας των θεων θυσιας και τιμας διατριβουσι, και τοις εγγονοις την ὁμοιαν του βιου προαιρεσιν παραδιδοασιν. εισι δε οὑτοι παντων ατελεις, και δευτερευοντες μετα τον βασιλεα ταις τε δοξαις και ταις εξουσιαις.

Οἱ ἱερεις και φιλοσοφιαν ησκουν και αςρονομιαν, ὁμιληται τε των βασιλεων ησαν. Strabo l. XVII. p. 787.

Οἱ δε βασιλεις απεδεικνυντο μεν εκ των Ἱερεων η των Μαχιμων, του μεν δἰ ανδριαν, του δε δια σοφιαν γενους αξιωμα και τιμην εχοντος. ὁ δε εκ Μαχιμων αποδεδειγμενος ευθυς εγινετο των Ἱερεων, και μετειχε της φιλοσοφιας επικεκρυμμενης τα πολλα μυθοις και λογοις αμυδρας εμφασεις της αληθειας και διαφασεις εχουσιν, ὥσπερ αμελει και παραδηλουσιν αυτοι, προ των ἱερων τας Σφιγγας επιεικως ἱςαντες, ὡς αινιγματωδη σοφιαν της θεολογιας αυτων εχουσης. το δ᾽ εν Σαει της Αθηνας, ἡν και Ισιν νομιζουσιν, ἑδος επιγραφην ειχε τοιαυτην· ΕΓΩ ΕΙΜΙ ΠΑΝ ΤΟ ΓΕΓΟΝΟΣ, ΚΑΙ ΟΝ, ΚΑΙ ΕΣΟΜΕΝΟΝ, ΚΑΙ ΤΟΝ ΕΜΟΝ ΠΕΠΛΟΝ ΟΥΔΕΙΣ ΠΩ ΘΝΗΤΟΣ ΑΠΕΚΑΛΥΨΕΝ. Plutarch. If. et Ofir.

Haec de Aegyptiis ſufficiant. Docendi ſunt tirones, in tota antiquitate nihil eſſe obſcurius et incertius philoſophia, inprimis theologia Aegyptiorum, nihilque magis et veterum et recentiorum contradictionibus vexatum. Alii e. g. atheismum, alii veriſſimam unius dei religionem iis obtrudunt.

trudunt. Utrique a veritate aberrant, et in genere ea ſequenda nobis ratio eſt, ut nec nimium eruditiqni Aegyptiacae pretium ſtatuamus, ut a plurimis factum, nec cum aliis nimis eam deſpiciamus; quanquam negari nequeat, in plurimis literarum generibus Aegyptios non longe ultra prima elementa progreſſos eſſe. Inprimis temporum ratio diligenter diſtinguenda, quod, ut ubique, ſic maxime in hiſtoria philoſophiae Aegyptiacae perneceſſarium eſt. Nec temere cuivis veteri ſcriptori fides adhibenda in his rebus, quum eorum multi vera ſcire et ſcribere nequiverint, multi noluerint. Fidem omnium ſcriptorum, ex quorum ſive limpidis ſive turbidis fontibus Aegyptiacae philoſophiae ſcientia vulgo hauriri ſolet, diligenter atque ſubtiliter examinat Meiners *in libro germanico:* **Verſuch über die Religionsgeſchichte der älteſten Völker. 1775.** *Theologiam Aegyptiorum aſtronomicam optime explicavit* Gatterer *in diſſ. de* Theogonia Aegyptiorum, *et poſt eum* Vogel *im Verſuch über die Religion der alten Aegyptier. Nürnb. 1793.*

---

3. PERSAE.

Divin. I. c. 41. Coll. cap. 23. In Perſis augurantur et divinant MAGI (¹), genus ſapientum et doctorum, qui congregantur in fano commentandi cauſa atque inter ſe colloquendi. Nec quisquam rex Perſarum poteſt eſſe, qui

(1) „Perſarum lingua Magus eſt, qui noſtra ſacerdos". Ita Apulejus. Porphyrius de abſtin. l. 3. ſcribit: παρα τοις Περσαις οἱ περι το θειον σοφοι, και αυτου θεραποντες Μαγοι ονομαζονται· τουτο γαρ σημαινει ὁ Μαγος.

qui non ante Magorum diſciplinam ſcientiamque perceperit ([2]).

Magorum mos eſt, non humare corpora ſuorum, niſi a feris ſint ante laniata ([3]). Tuſcul. I. 45.

Magis auctoribus Xerxes inflammaſſe templa Graeciae dicitur, quod parietibus includerent deos, quibus omnia deberent eſſe patentia ac libera, quorumque hic mundus omnis templum eſſet et domus. Leg 2,10.

De religione Perſarum antiquiſſimorum (nam et hujus populi religio multas tempore mutationes paſſa eſt) ita ſcribit Herodotus: Περσας οιδα αγαλματα και νηους και βωμους ουκ εν νομῳ ποιευμενους ἱδρυεσθαι, αλλα και τοισι ποιευσι μωριην επιφερουσι ([4]), ὡς μεν εμοι δοκεει, ὁτι ουκ ανθρωποφυεας ενομισαν τους θεους, καταπερ οἱ Ἑλληνες, ειναι· οἱ δε νομιζουσι Διι μεν, επι τα ὑψηλοτατα των ουρεων αναβαινοντες, θυσιας ἑρδειν, τον κυκλον παντα του ουρανου Δια καλεοντες· θυουσι δε ἡλιῳ τε και σεληνῃ και γῃ και ΠΥΡΙ και ὑδατι και ανεμοισι· τουτοισι μεν δη μουνοισι θυουσιν αρχηθεν. επιμεμαθηκασι δε και τῃ Ουρανιῃ ([5]) θυειν, παρα τε Ασσυριων μαθοντες και Αραβιων. Καλεουσι δε Ασσυριοι την Αφροδιτην l. 1, 131.

(2) Hanc Magorum diſciplinam Plato in Alcib. I. c. 27, ubi et ipſe filiorum regiorum apud Magos educationem tradit, explicat per θεων θεραπειαν, ut igitur non intelligenda ſit magia illa γοητικη. Nam την γοητικην μαγειαν ουδ' εγνωσαν, φησιν Αριςοτελης και Δεινων. Ita Diog. Laert. l. 1. ſ. 8.

(3) Apud Diogenem Laert. legimus, Magos ανοσιον ἡγεισθαι πυρι θαπτειν· και ὁσιον νομιζειν μητρι η θυγατρι μιγνυσθαι. Prooem. ſ. 7.

(4) Templa et aras exſtruentibus, Graecis e. g., ſtultitiam objiciunt.

(5) Veneri Uraniae Graecorum. Notetur rurſus, ut et paullo ante in Jove, confuſio religionis Graecae et Perſicae.

την, Μυλιττα· Αραβιοι δε Αλιττα· Περσαι δε, Μιτραν (6).

Strabo eadem fere de religione Persarum tradit, sed auctius aliquantum. Scribit enim ita: Περσαι αγαλματα μὲν και βωμους ουχ ἱδρυάνται· θυουσι δε εν ὑψηλῳ τοπῳ, τον ουρανον ἡγουμενοι Δια· τιμωσι δε και Ἡλιον, ὁν καλουσι Μιθραν· και Σεληνην, και Αφροδιτην, και πυρ, και γην, και ανεμους, και ὑδωρ. — Διαφεροντως δε τῳ πυρι, και τῳ ὑδατι θυουσι. — Εςι δε και Πυραιθεια, σηκοι τινες αξιολογοι· εν δε τουτοις μεσοις, βωμος, εν ᾡ πολλη τε σποδος, και πυρ ασβεςον φυλαττουσιν οἱ Μαγοι (7).

L. 15. p. 732 sqq.

Ut accuratius cognoscatur disciplina Magorum, quae non prorsus confundenda videtur cum populari Persarum religione, alios locos afferam necesse est, spectantes inprimis ad eorum de duobus diversis bonorum atque malorum principiis simulque ad vitam et dogmata Zoroastris, celebratissimi et tamen incertissimi conditoris aut potius reformatoris Magiae. Legimus igitur apud Diogenem Laertium: Αριςοτελης φησι εν πρωτῳ περι φιλοσοφιας, δυο κατα Μαγους ειναι αρχας, αγαθον δαιμονα, και κακον δαιμονα· και τῳ μεν ονομα ειναι Ζευς και Ωρομασδης· τῳ δε Ἁδης και Αρειμανιος.

Prooem. f. 8.

Hanc doctrinam copiosius exponit Plutarchus ita: νομιζουσι οἱ μεν θεους ειναι δυο, καθαπερ αντιτεχνους·

de Isid. et Osir. c. 46.

(6) Minime confundenda haec dea Mitra cum deo Mithra, quo nomine solem designabant et de quo statim sermo erit. Videtur potius dea Mitra eadem fuisse quae luna. vid. Moshemius ad Cudworth. p. 420 ed. nov.

(7) Dicendum h. l. discipulis, ignicolarum adhuc in Persia nec non in Indiae finibus, quo ex Persia olim confugerunt, reliquias aliquas sub nomine Gaurorum aut Guebrorum inveniri.

τεχνους· τον μεν γαρ αγαθων, τον δε φαυλων δημιουργον. Οἱ δε τον μεν αμεινονα, θεον, τον δε ἑτερον δαιμονα καλουσιν· ὡσπερ Ζωροαςρις ὁ Μαγος, ὁν πεντακισχιλιοις ετεσι των Τρωϊκων γεγονεναι πρεσβυτερον ἱςορουσιν. Οὑτος ουν εκαλει τον μεν, Ωρομαζην, τον δε, Αρειμανιον· και προσαπεφαινετο, τον μεν εοικεναι φωτι μαλιςα των αισθητων, τον δε εμπαλιν σκοτῳ και αγνοιᾳ· μεσον δε αμφοιν τον Μιθρην ειναι. Διο και Μιθρην Περσαι τον μεσιτην ονομαζουσιν. — Πολλα μυθωδη περι των θεων λεγουσι. Ὁ μεν Ωρομαζης εκ του καθαρωτατου φαους, ὁ δε Αρειμανιος εκ του ζοφου γεγονως, πολεμουσιν αλληλοις. Και ὁ μεν ἑξ θεους εποιησε, ὁ δε τουτοις ὡσπερ αντιτεχνους ισους τον αριθμον. — Θεοπομπος δε φησι, κατα τους Μαγους ανα μερος τρισχιλια ετη τον μεν κρατειν, τον δε κρατεισθαι των θεων, αλλα δε τρισχιλια μαχεσθαι και πολεμειν και αναλυειν τα του ἑτερου τον ἑτερον. τελος δε απολεισθαι τον Ἁδην, και τους ανθρωπους ευδαιμονας εσεσθαι. c. 47.

Plinius de Zoroastre haec tradit: Magia sine dubio orta in Perside a Zoroastre, ut inter auctores convenit. Sed unus hic fuerit, an postea et alius, non satis constat. Eudoxus Zoroastrem hunc sex millibus annorum ante Platonis mortem fuisse prodidit. Sic et Aristoteles. Hermippus scripsit, vicies centum millia versuum a Zoroastre condita, ipsum vero quinque millibus annorum ante Trojanum bellum fuisse. Mirum hoc inprimis, durasse memoriam artemque tam longo aevo, commentariis non intercidentibus, praeterea nec claris nec continuis successionibus custoditam. H. N. l. 30, 1.

Idem alibi: Risisse eodem die, quo genitus esset, unum hominem accepimus Zoroastrem; eidem cerebrum ita palpitasse, ut impositam repelleret manum, futurae praesagio scientiae. H. N. l. 7, 16.

Tra-

L. 11, 42 Tradunt *etiam* Zoroaſtrem in deſertis caſeo vixiſſe annos viginti, ita temperato, ut vetuſtatem non ſentiret.

l. 1, 1. *Juſtinus de Zoroaſtre ita ſcribit*: Nino, *primo regi Aſſyriorum*, bellum cum Zoroaſtre rege Bactrianorum fuit, qui primus dicitur artes magicas inveniſſe, et mundi principia ſiderumque motus diligentiſſime ſpectaſſe (8).

---

4. INDI.

(8) Poſteriores locos eum in finem ſelegi, ut viderent tirones, partim quam abſurdis fabulis Zoroaſtris hiſtoria olim exornata fuerit, partim quam multis ea contradictionibus atque tenebris involuta ſit. Omnia incerta ſunt, patria (praeter Perſas enim ad Chaldaeos praecipue refertur et Chaldaicae philoſophiae conditor habetur), tempus, quo vixerit, (quanquam ad veritatem proxime accedunt, qui eum non ultra Darii Hyſtaſpidae tempora aſſurgere putant), dogmata, immo ipſum nomen, quod diverſiſſime ſcribitur. Sub illius nomine quae olim circumlata ſunt ſcripta, quorum nonnulla adhuc fragmenta exſtant, non facile quisquam ſanioris criticae legibus exercitatus pro genuino Zoroaſtris foetu habuit. Illam vero ſcriptorum farraginem, quam non multos abhinc annos ex Oriente ad nos tranſtulit *Anquetil du Perron*, et ſpecioſo *Zend-Aveſtae* titulo praefixo vulgavit, non multo majoris pretii et fidei eſſe, jam multi probare conati ſunt; contradicentibus tamen aliis non minus doctis, inter quos inprimis eminet Cl. Tychſen (in comment. ſociet. Goetting.) — Illis, quas dixi, et pluribus difficultatibus atque contradictionibus, quibus Zoroaſtris hiſtoria premitur, multi permoti ſunt, ut plures vixiſſe Zoroaſtres ſtatuerent, quos aevo et patria diſcriminarent. Nec tamen idem omnibus numerus. Sed de Zoroaſtre legendus omnino, qui omnia et veterum et recentiorum teſtimonia diligenter collegit et ſubtiliter, ut ſolet, dijudicavit, Cel. *Meiners* in Commentar. Societ. Goetting., et poſt eum ibidem Cl. *Tychſen*.

4. INDI.

Quae barbaria, India vastior aut agrestior? In ea tamen gente primum ii, qui sapientes habentur, nudi aetatem agunt ([1]), et Caucasi nives hiemalemque vim perferunt sine dolore; quumque ad flammam se applicaverunt, sine gemitu aduruntur. Mulieres vero in India, quum est earum vir mortuus, in certamen judiciumque veniunt, quam plurimum ille dilexerit: plures enim singulis solent esse nuptae. Quae est victrix, ea laeta, prosequentibus suis, una cum viro in rogum imponitur: illae victae, moestae discedunt. Tusc. 5, 27.

Ex Indiae sapientibus nemo notior Calano, Alexandri M. per aliquod tempus comite, de quo duobus locis ita Cicero scribit:

Calanus Indus, indoctus, ac barbarus, in radicibus Caucasi natus, sua voluntate vivus combustus est. Ad mortem proficiscens, cum inscenderet in rogum ardentem: O praeclarum discessum, inquit, e vita, quum, ut Herculi contigit, mortali corpore cremato, in lucem animus excesserit! Quumque Alexander eum rogaret, si quid vellet, ut diceret: Optime, inquit: propediem te videbo. Quod ita contigit; nam Babylone paucis post diebus Alexander est mortuus. Tusc. 2, 21. Divin. 1, 23.

Philosophos Indorum, quos Gymnosophistas vocant, constat ab exortu ad occasum perstare, contuentes solem immobilibus oculis: ferventibus arenis toto die alternis pedibus insistere. Plin. Hist. N. l. 7, 2.

Ινδων της πολιτειας εις πολλα νενεμημενης ([2]), *εςι τι γενος παρ' αυτοις των θεοσοφων, ὃς Γυμνοσοφιςας* Porphyr. de abst. l. 4.

(1) Inde Gymnosophistarum nomen illis a Graecis tributum. De eorum divisione in Brachmanas et Samanaeos paullo post sermo erit.

(2) Haec Indorum divisio in plures ordines discretos nec ulla connubiorum societate mutua sese commiscentes

ϛας καλειν ειωθασιν Ἑλληνες. Τετων δε δυο αἱρεσεις, ὧν της μεν Βραχμανες προϊϛανται, της δε Σαμαναιοι.

Strom. I. p. 359. ed. Pott. Hanc Indicorum philosophorum divisionem ita confirmat Clemens Alexandrinus: Γυμνοσοφιϛων διττον γενος· οἱ μεν, Σαρμαναι (3), οἱ δε, Βραχμαναι καλουμενοι. Και των Σαρμανων οἱ Ὑλοβιοι (4) προσαγορευομενοι ουτε πολεις οικουσιν, ουτε ϛεγας ἐχουσιν, δενδρων δε αμφιεννυνται φλοιοις, και ακροδρυα σιτουνται, και ὑδωρ ταις χερσι πινουσιν. Εισι δε των Ινδων οἱ τοις Βουττα (5) πειθομενοι παραγγελμασιν, ὁν δι ὑπερβολην σεμνοτητος ὡς θεον τετιμηκασι. Μεγασθενης (6) γραφει· Ἁπαντα μεντοι τα περι φυσεως ειρημενα παρα τοις αρχαιοις λεγεται και παρ᾽ Ινδοις ὑπο των Βραχμανων. — Strom. 3. p. 538. Οὗτοι ουτε εμψυχον εσθιουσιν (7), ετε οινον πινουσιν. Καταφρονεσι δε θανατε, πειθονται γαρ ειναι παλιγγενεσιαν.

Indorum quoque philosophiae atque religionis origines densissimis contradictionum et fabularum tenebris obvolutae sunt. Ante Alexandri aetatem nullae inter

centes ab antiquissimis inde temporibus etiam nunc in India deprehenditur.

(3) *Sarmanes* iidem sine dubio, qui Porphyrio et aliis *Samanaei* dicuntur. A Strabone l. 15. *Germanes* vocantur, nisi forte et huic Sarmanes restituendi.

(4) ὑλοβιοι, silvicolae. Ita certissime cum Strabone l. l. legendum pro *αλλοβιοι*. Inveniuntur adhuc in India ejusmodi philosophi in silvis degentes et *Talapoini* vocantur.

(5) Hunc *Buttam* s. *Buddam* a Siamensium *Sommona-Codom*, a Sinensium Fo et Che-Kia, a Japanensium denique Budda, a quo inter eos Budsoistarum secta descendit, diversum non esse, conjecerunt nonnulli.

(6) Megasthenes non ita multo post Alexandrum M. vixit. Ex illius Indiae descriptione multa servavit Strabo l. 15., sed fuit scriptor mendacissimus et ad absurdissima quaeque fingenda propensus.

(7) *απεχονται σαρκοφαγιας πασης*. Ita Stephanus Byzant. in v. *Βραχμ.*

inter eos litterae subtiliorve philosophia exstitisse videtur. Hujus tamen regis expeditionibus ejusque ad erudiendas Indiae gentes collatis studiis Graecarum litterarum semina, ut per ceteras Asiae gentes ita inprimis per Indos sparsa sunt, ut mirandum non sit recentiori aevo inter Indorum atque Graecorum placita singularem sane concentum esse deprehensum. Fuerunt quidem multi, qui non Indorum disciplinam ex Graecia, sed Graecorum litteras ex India derivarent; sed Brachmanum doctrinam peregrinae multoque serioris, quam ipsi gloriantur, originis esse, multis argumentis probari potest. Recentiores Brachmanes vel Bramines divinam libri cujusdam auctoritatem agnoscunt, quem Viedam vel Vedam *appellant, et antiquissimis temporibus a numine quodam Bramah sibi traditum esse fabulantur. Hic liber prisca quadam sed prorsus fere exstincta lingua, cui Shanscritae nomen, conscriptus est.*

---

5. PHOENICES.

Phoenices primi mercaturis et mercibus suis avaritiam et magnificentiam et inexplebiles cupiditates omnium rerum supportaverunt in Graeciam *Fragm. ed. Ern. p. 1079.*

Gens Phoenicum in magna gloria litterarum inventionis, et siderum, navaliumque ac bellicarum artium. Litteras in Graeciam intulisse e Phoenice Cadmum volunt. *Plin. H. N. l. 5, 12 et 7, 56.*

Hinc Lucanus cecinit (l. 3. v. 220.):

Phoenices primi (famae si credimus) ausi
Mansuram rudibus vocem signare figuris.

Non omnino consentit Tacitus: Aegyptii litterarum semet inventores perhibent; inde Phoenicas, quia mari praepollebant, intulisse Graeciae, *Ann. 11, 14.*

gloriamque adeptos, tanquam repererant. Quippe fama est, Cadmum, classe Phoenicum vectum, rudibus adhuc Graecorum populis artis ejus auctorem fuisse.

L. 16. p. 757. *De Sidoniis, Phoenicum civitate, ita scribit Strabo:* Σιδονιοι πολυτεχνοι παραδεδονται και καλλιτεχνοι, προς δε, και φιλοσοφοι, περι τε αςρονομιαν και αριθμητικην· εμποριχον γαρ και ναυκληρικον εκατερον. Ει δε δει Ποσειδονιῳ πιςευσαι, και το περι των ατομων δογμα*) παλαιον εςιν ανδρος Σιδονιου Μοςχου προ των Τρωϊκων χρονων γεγονοτος.

Philosophiae Phoeniciae nullum exstat monumentum, praeter cosmogonica fragmenta quaedam Sanchuniathonis, in Graecam linguam translati a Philone Byblio quodam, quem Adriani demum imperatoris tempore vixisse credunt. Sed haec Sanchuniathonis scripta, quorum fragmenta servavit inprimis Eusebius, spuria esse multis argumentis probabile est. Quin immo dubitarunt nonnulli, an unquam vixerit Sanchuniathon aliquis, qui quum nulli veterum visus lectusve sit, a Philone isto ipsis confictus esse videtur.

6. ARABES ALIIQUE ASIAE POPULI.

Divin. 1, 41. Phryges, et Pisidae, et Cilices, et Arabum natio avium significationibus plurimum obtemperant.
c. 42. *Nam* quod pastu pecudum maxime utuntur, campos et montes hieme et aestate peragrantes, propterea facilius cantus avium et volatus notaverunt. Tum Caria tota praecipueque Telmesses (etenim Telmessi in Caria excellit haruspicum disciplina c. 41.),

*) Quod dogma in Graecia Democritus et inprimis Epicurus amplexi sunt.

41.), quod agros uberrimos maximeque fertiles incolunt, in quibus multa propter foecunditatem fingi gignique possunt, in ostentis animadvertendis diligentes fuerunt.

Ante Muhammedis tempora viguit in Arabia Sabianismus, vel, ut alii scribunt, Zabiorum doctrina, ad cultum astrorum praecipue spectans, et ex Chaldaismo inprimis ortus. Illius tamen origo tenebris premitur. Vestigia quaedam antiquissimae Arabum philosophiae occurrunt in libro Jobi et in historia reginae Arabicae, quae Salomonem visura in Palaestinam profecta est. Medio autem aevo nulla gens magis inclaruit Philosophiae a Graecis acceptae studio quam Arabes.

---

7. CELTAE.

Celtarum nomine inprimis Galliae antiquissimi incolae comprehenduntur; nec tamen propter crebras eorum emigrationes mirandum, latius id nomen patere, ita ut et in Germania, Hispania, Britannia, quin etiam in ipsis septentrionalibus Europae partibus, ubi prima eorum origo quaerenda esse videtur, Celtarum sedes inveniantur.

Quis ignorat, Gallos usque ad hanc diem retinere illam immanem ac barbaram consuetudinem hominum immolandorum? Orat. pro Fontej. c. 10.

De Druidis, *Celtarum sacerdotibus iisdemque philosophis, ita loquitur Q. Cicero, M. frater:*

In Gallia Druidae sunt, e quibus ipse Divitiacum Aeduum cognovi, qui et naturae rationem, quam physiologiam Graeci appellant, notam esse sibi profitebatur, et partim auguriis partim conjectura, quae essent futura, dicebat. Divin. 1. 41.

Horum disciplina et instituta ut accuratius pernoscantur, adjiciam nonnulla ex aliis scriptoribus.

Id tamen tenendum, multa esse incerta, quae de Celtarum philosophia ac religione Graeci veteres atque Latini nobis tradiderint, rumoribus magis freti quam diligenti investigatione.

Pompon. Mela. l. 3. c. 2.

Galli habent magistros sapientiae Druidas. Hi terrae mundique magnitudinem et formam, motus coeli ac siderum, ac quid dii velint, scire profitentur. Docent multa nobilissimos gentis clam et diu vicenis annis in specu aut in abditis saltibus. Unum ex iis, quae praecipiunt, in vulgus effluxit, videlicet ut forent ad bella meliores, aeternas esse animas, vitamque alteram ad manes. Itaque cum mortuis cremant ac defodiunt apta viventibus olim.

Strabo. IV. p. 197.

Παρ' ἅπασι τρια φυλα των τιμωμενων διαφεροντως εςι· Βαρδοι τε, και Ουατεις (vatès) *και Δρυϊδαι· Βαρδοι μεν ὑμνηται και ποιηται· Ουατεις δε ἱεροποιοι και φυσιολογοι· Δρυϊδαι δε προς τῃ φυσιολογιᾳ και την ηθικην φιλοσοφιαν ασκουσι· δικαιοτατοι δε νομιζονται, και δια τουτο πιςευονται τας τε ιδιωτικας κρισεις και τας κοινας. Αφθαρτους δε λεγουσι και οὑτοι και αλλοι τας ψυχας και τον κοσμον· επικρατησειν δε ποτε και πυρ και ὑδωρ.*

Omnium accuratissime Druidarum instituta describit Jul. Caesar, qui, multos annos in illis regionibus commoratus, prae ceteris fidem meretur, quamquam et ipse rumorum interdum vanitate deceptus.

Bell. Gall. l. 6. 13.

Druides rebus divinis intersunt, sacrificia publica ac privata procurant, religiones interpretantur. Ad hos magnus adolescentium numerus disciplinae causa concurrit, magnoque ii sunt apud eos honore. Nam fere de omnibus controversiis, publicis privatisque, constituunt, et si quod est admissum facinus, si caedes facta, si de hereditate, si de finibus controversia est, iidem decernunt; prae-

praemia poenasque constituunt; si quis aut privatus aut populus eorum decreto non stetit, sacrificiis interdicunt. Haec poena apud eos est gravissima. Quibus ita est interdictum, ii numero impiorum ac sceleratorum habentur, iis omnes decedunt, aditum eorum sermonemque defugiunt, ne quid ex contagione incommodi accipiant, neque iis petentibus jus redditur, neque honos ullus communicatur. His autem omnibus Druidibus praeest unus, qui summam inter eos habet auctoritatem. Hoc mortuo si quis ex reliquis excellit dignitate, succedit. At, si sunt plures pares, suffragio Druidum allegitur. Disciplina in Britannia reperta atque inde in Galliam translata esse existimatur, et nunc, qui diligentius eam rem cognoscere volunt, plerumque illo, discendi causa, proficiscuntur.

Druides a bello abesse consueverunt, neque c. 14.
tributa una cum reliquis pendunt; militiae vacationem omniumque rerum habent immunitatem. Tantis excitati praemiis et sua sponte multi in disciplinam conveniunt, et a parentibus propinquisque mittuntur. Magnum ibi numerum versuum ediscere dicuntur. Itaque annos nonnulli vicenos in disciplina permanent, neque fas esse existimant, ea litteris mandare, quum in reliquis fere rebus, publicis privatisque rationibus, Graecis utantur litteris (1). Id mihi duabus de causis

(1) Litteras Graecas acceperant a Massiliensibus, Graeca colonia deducta ex Ioniae urbe Phocaea. Saepius in historia Gallorum litterarum Graecarum mentio fit, quod duplici modo intelligi potest, aut de solis Graecarum litterarum formis, aut de ipso Graecorum sermone. Posteriorem interpretationem et hic et alibi l. 1, 29 amplectitur nuperrimus Caesaris editor, *Morus*, eamque ingeniose defendit. Priorem tamen plures

institutuisse videntur, quod neque in vulgus disciplinam efferri velint, neque eos, qui discant, litteris confisos minus memoriae studere; quod fere pletisque accidit, ut praesidio litterarum diligentiam in perdiscendo ac memoriam remittant. In primis hoc volunt persuadere, non interire animas, sed ab aliis post mortem transire ad alios (2): atque

res tuentur, nec diffiteor, me quoque ab eorum partibus stare, quum mihi haud verisimile sit, ipsam Graecorum linguam ad indoctos Gallos ita transisse, ut ea, spreto populari sermone, in omnibus negotiis uterentur; e contrario, verisimillimum, Gallos non minus quam alias incultas gentes caruisse arte scribendi, donec, utilitatem illius edocti, acciperent eam a Graecis Massiliae incolis. Docet autem et aliarum gentium historia, fieri solere, ut, quae gens hanc artem aliunde acceperit, ejus ipsius populi, a quo didicit, characteres et litterarum formas ad suam linguam transferat. Ita et Galli transtulere graecos characteres ad ea negotia, quae sola fere apud eos scribendi arte indigerent, nempe ad pactorum et rerum contractarum formulas. Has enim teste Strabone (l. IV. p. 273.) a Massiliensibus didicerunt ἑλληνιςὶ scribere. Ambigua quidem et haec Strabonis vox est. Sed cur ad formulas illas graecis characteribus uterentur, quum antea ipsi aut nullos aut rudissimos sane haberent, video: cur ipsa Graecorum lingua nullis aut paucis certe intellecta, non video; praesertim quum ad talia scribenda vel pauperrima lingua satis copiosa sit, et *vulgaris* certe linguae Graecae notitia tollatur duobus ab ipso *Moro* allatis Caesaris locis. I, 19. V, 48 Ceterum non in sola arte scribendi substiterunt Massiliensium de Gallis merita. Ab illis enim, ut scribit Justinus l. 43. c. 4. „et usum vitae cultioris, deposita et mansuefacta barbaria, et agrorum cultus, et urbes moenibus cingere didicerunt."

(2) Docebant itaque Metempsychosin; quod dogma a Pythagora ad eos pervenisse, ut tradiderunt nonnulli, neutiquam verisimile est. vid. *Morus* ad h. l.

atque hoc maxime ad virtutem excitari putant, metu mortis neglecto. Multa praeterea de sideribus atque eorum motu, de mundi ac terrarum magnitudine, de rerum natura, de deorum immortalium vi ac potestate disputant, et juventuti transdunt.

Natio est omnis Gallorum admodum dedita c. 16.
religionibus; atque ob eam causam, qui sunt adfecti gravioribus morbis, quique in proeliis periculisque versantur, aut pro victimis homines immolant, aut se immolaturos vovent, administrisque ad ea sacrificia Druidibus utuntur; quod, pro vita hominis nisi hominis vita reddatur, non posse aliter deorum immortalium numen placari arbitrantur: publiceque ejusdem generis habent instituta sacrificia.

Deum maxime Mercurium colunt; hujus sunt c. 17.
plurima simulacra, hunc omnium inventorem artium ferunt, hunc viarum atque itinerum ducem, hunc ad quaestus pecuniae mercaturasque habere vim maximam arbitrantur. Post hunc, Apollinem et Martem et Jovem et Minervam (3).

Universam Druidarum Philosophiam breviter l. 1. f. 6.
ita describit Diogenes Laertius: *φασι, τους Δρυΐδας αινιγματωδως αποφθεγγομενους φιλοσοφησαι, σεβειν θεους, και μηδεν κακον δραν, και ανδρειαν ασκειν.*

---

(3) Vides Romanos haud circumspectiores Graecis fuisse in interpretandis ex sua religione peregrinarum gentium diis. Fictum hunc Mercurium Celtarum eundem esse deum, quem Germanorum gentes Wodan appellare consueverant, est verosimillimum. Reliquorum deorum interpretatio incertior est.

8. SCYTHAE ET GETAE.

Scythae ab antiquis scriptoribus magis ob justitiam vitaeque integritatem celebrantur quam ob philosophiam, quae in gente nomadica eaque prorsus rudi atque inculta locum habere nequit. Magni tamen nominis est Anacharsis *Scythes, qui in Graeciam profectus Graecorum instituta et litteras addidicit, postea autem in patriam reversus a popularibus, peregrinos mores exosis, interfectus est. De hoc viro, sapiente tamen potius quam philosopho ita Cicero:*

Tusc. 5, 32. An Scythes Anacharsis potuit pro nihilo pecuniam ducere, nostrates philosophi facere non poterunt? Illius epistola fertur his verbis: „Anacharsis Hannoni salutem. Mihi amictui est Scythicum tegimen (1); calciamentum, solorum (2) callum; cubile terra; pulpamentum, fames; lacte, caseo, carne vescor. Quare ut ad quietum me licet venias: munera autem ista quibus es delectatus, vel civibus tuis, vel diis immortalibus dona."

L. 4, 94. *De Getis scribit* Herodotus: *Γεται Θρηΐκων εοντες ανδρειοτατοι και δικαιοτατοι αθανατιζουσι (3) τονδε τον τροπον· ουτε αποθνησκειν εωϋτους νομιζουσι, ιεναι τε τον απολλυμενον παρα Ζαμολξιν δαιμονα.*

L. 7. p. 297. *De hoc* Zamolxide, *Getarum Scytharumque philosopho primum, tandem deo, haec tradit* Strabo: *Λεγεται τινα των Γετων, ονομα Ζαμολξιν, δουλευσαι*

(1) Justinus l. 2. c. 2. de Scythis scribit: Lanae iis usus ac vestium ignotus, quamquam continuis frigoribus urantur; *pellibus* tamen ferinis utuntur.

(2) *Solum* h. l. pedis planta.

(3) *αθανατιζειν* h. l. est *immortalitatem credere.*

σαι Πυθαγορα· και τινα των ουρανιων παρ' εκεινου μαθειν, τα δε και παρ' Αιγυπτιων, πλανηθεντα και μεχρι δευρο· επανελθοντα δ' εις την οικιαν, ασπασθηναι παρα τοις ηγεμοσι, και τῳ εθνει, προλεγοντα τας επισημασιας· τελευτωντα δε (4) πεισαι τον βασιλεα, κοινωνον της αρχης λαβειν αυτον, ὡς τα παρα των θεων εξαγγελλειν ἱκανον· καταρχας μεν ἱερεα καταθειναι του μαλιϛα τιμωμενου παρ' αυτοις θεου· μετα ταυτα δε και θεον προσαγορευθηναι, και καταλαβοντα αντρωδες τι χωριον αβατον τοις αλλοις, ενταυθα διαιτασθαι, σπανιον εντυγχανοντα τοις εκτος, πλην του βασιλεως και των θεραποντων· συμπραττειν δε τον βασιλεα, ὁρωντα τους ανθρωπους προσεχοντας ἑαυτῳ πολυ πλεον η προτερον ὡς εκφεροντι τα προσταγματα συμβουλη θεων.

Herodotus iisdem *fere, quae Strabo tradit, narratis addit*: Εγω δε περι μεν τουτου και του καταγαιου οικηματος ουτε απιϛεω, ουτε ων πιϛευω τι λιην· δοκεω δε πολλοισι ετεσι προτερον τον Ζαμολξιν τουτον γενεσθαι Πυθαγορεω. L. 4. 96.

Julianus *fortitudinem Getarum ex disciplina Zamolxidis derivat*: Οἱ Γεται μαχιμωτατοι γεγονασιν, ουχ ὑπο ανδρειας μονον του σωματος, αλλα και ὡν επειϛεν αυτους ὁ τιμωμενος παρ' αυτοις Ζαμολξις. Ου γαρ αποθνησκειν αλλα μετοικιζεσθαι νομιζοντες, ἑτοιμοτερον αυτο (5) ποιουσιν, η τας αποδημιας ὑπομενουσιν. Caes. p. 23. ed. Heus.

———

(4) τελευτωντα πεισαι, Graecismus: *tandem persuasisse.*

(5) αυτο scil. το αποθνησκειν. Apud omnes omnino rudes atque incultas gentes summus mortis contemtus invenitur.

SECTIO II.

DE PHILOSOPHIA GRAECORUM.

CAPUT I.

PHILOSOPHIA GRAECORUM FABULARIS.

Non alienum videtur, priusquam Ciceronis locos afferamus, praemittere Strabonis *de fabularum origine* L. 10. p. 474. *ſententiam. Is igitur ſcribit: Πας ὁ περι των θεων λογος αρχαιας εξεταζει δοξας, και μυθους, αινιττομενων των παλαιων, ἁς ειχον εννοιας φυσικας περι των πραγματων, και προστιθεντων αει τοις λογοις τον μυθον. Ἁπαντα δε τα αινιγματα λυειν επ' ακριβες,* L. 1. p. 19. *ου ῥαδιον. — Τους μυθους απελεξαντο ουχ' οἱ ποιηται μονον, αλλα και αἱ πολεις πολυ προτερον και οἱ νομοθεται, του χρησιμου χαριν. — Ου γαρ οχλον τε γυναικων και παντος χυδαιου πληθους επαγαγειν λογῳ δυνατον φιλοσοφῳ, και προκαλεσασθαι προς ευσεβειαν, και ὁσιοτητα και πιςιν, αλλα δει και δια δεισιδαιμονιας· τουτο δ' ουκ ανευ μυθοποιïας, και τερατειας. Κεραυνος* (1) *γαρ, και αιγις, και τριαινα, και λαμπαδες, και δρακοντες, και θυρσολογχα των θεων ὁπλα, μυθοι· και πασα θεολογια αρχαïκη· ταυτα δ' απεδεξαντο οἱ τας πολιτειας καταςησαμενοι, μορμολυκας τινας προς τους νηπιοφρονας. Τοιαυτης δε της μυθοποιïας ουσης, οἱ μεν αρχαιοι την παιδικην αγωγην εφυλαξαν μεχρι των τελειων ἡλικιων.*

De eadem re apud Ciceronem ita diſputat Lucilius Balbus, Stoicus:

Nat. d. 2. 24. Ex ratione phyſica magna fluxit multitudo deorum, qui induti ſpecie humana fabulas poetis ſuppedi-

(1) *Κεραυνος*, quatenus Jovis telum eſt. — *Λαμπαδες* et *δρακοντες* ad Furias ſpectant.

peditaverunt, hominum autem vitam superstitione omni referserunt. *Saepe* physica ratio non inelegans inclusa est in impias fabulas, et a physicis rebus, bene atque utiliter inventis, tracta ratio *est* ad commenticios et fictos deos; quae res genuit falsas opiniones, erroresque turbulentos, et superstitiones paene aniles. Et formae enim nobis deorum, et aetates, et vestitus ornatusque noti sunt; genera praeterea, conjugia, cognationes, omniaque traducta ad similitudinem imbecillitatis humanae. Nam et perturbatis animis inducuntur: accipimus enim deorum cupiditates, aegritudines, iracundias: nec vero, ut fabulae ferunt, dii bellis proeliisque caruerunt: non solum ut apud Homerum, quum duo exercitus contrarios alii dii ex alia parte defenderent, sed etiam, ut cum Titanis, ut cum Gigantibus, sua propria bella gesserunt. ib. c. 28.

Multae autem aliae naturae deorum ex magnis beneficiis eorum non sine causa et a Graeciae sapientissimis et a majoribus nostris constitutae nominataeque sunt. Quidquid enim magnam utilitatem generi afferret humano, id non sine divina bonitate erga homines fieri arbitrabantur. Itaque tum illud, quod erat a deo datum, nomine ipsius dei nuncupabant; tum autem res ipsa, in qua vis inest major aliqua, sic appellatur, ut ea ipsa vis nominetur deus. — Suscepit *praeterea* vita hominum consuetudoque communis, ut beneficiis excellentes viros in coelum fama ac voluntate tollerent. Hinc Hercules, hinc Castor et Pollux, hinc Aesculapius, hinc Liber etiam. ib. c. 23.

Antiquitas recipit fabulas, fictas etiam nonnunquam incondite. Fragm. p. 1077.

HO-

HOMERUS ET HESIODUS.

Tusc. I, 1. Apud Graecos antiquissimum fuit e doctis genus poetarum, siquidem Homerus fuit et Hesiodus ante Romam conditam. — Homeri quidem incerta sunt tempora, tamen annis multis fuit ante Romulum.

Brut. 10. Traditum est, Homerum coecum fuisse. At ejus picturam, non poesin, videmus. Quae regio, quae ora, qui locus Graeciae, quae species formaeque pugnae, quae acies, quod remigium, qui motus hominum, qui ferarum non ita expictus est, ut, quae ipse non viderit, nos ut videremus, effecerit.

ib. I, 26. Fingebat Homerus et humana ad deos transferebat: divina mallem ad nos.

L. 2, 53. *Herodotus de utroque poeta ita:* Ἡσιοδον και Ὁμηρον ἡλικιην τετρακοσιοισι ετεσι δοκεω μευ πρεσβυτερους γενεσθαι, και ου πλεοσι. Οὑτοι δε εισι οἱ ποιησαντες θεογονιην Ἑλλησι και τοισι θεοισι τας επωνυμιας δοντες, και τιμας τε και τεχνας διελοντες και ειδεα αυτων σημηναντες· οἱ δε προτερον ποιηται λεγομενοι τουτων των ανδρων γενεσθαι, ὑςερον, εμοι γε δοκεειν, εγενοντο τουτων.

Non praetereundum hoc loco, multos jam inter antiquos fuisse, qui, ut ex Homeri carminibus Philosophiam aliquam exsculperent, ad allegoricam fabularum interpretationem confugerent. Credebant enim βαθυτερον νουν εγκεκρυμμενον τοις επεσι, *ut ait Plutarchus. Nec ad ethicum solum sed ad physicum praecipue sensum revocare studebant Homeri fabulas, qua in re Stoici praecipue desudarunt, et magis etiam post eos juniores Platonici, qui abstrusissima dogmata de rebus divinis sub illo fabularum velamine latere sibi persuaserant.*

Duos tantum de perversa hoc Homerum interpretandi studio adjiciam locos, unum Senecae, alterum Tatiani. (in orat. ad Graecos.)

Home-

Homerum tibi philosophum fuisse persuadent, quum his ipsis, quibus colligunt, negent. Nam modo Stoicum eum faciunt, virtutem solam probantem et voluptates refugientem; modo Epicureum, laudantem statum quietae civitatis et inter convivia cantusque vitam exigentis: modo Peripateticum, bonorum tria genera (*) inducentem: modo Academicum, incerta omnia dicentem. Apparet, nihil horum esse in illo, quia omnia sunt; ista enim inter se dissident. Demus illis Homerum philosophum fuisse; nempe sapiens factus est, antequam carmina ulla cognosceret; ergo illa discamus, quae Homerum fecere sapientem. Senec. Epist. 88

Μητροδωρος ὁ Λαμψακηνος εν τῳ περι Ὁμηρȣ λιαν ευηθως διειλεκται, παντα εἰς αλληγοριαν μεταγων· ουτε γαρ Ἡραν ουτε Αθηναν, ουτε Δια τουτ' ειναι φησιν, ὁπερ οἱ τους περιβολους αυτοις και τεμενη καθιδρυσαντες νομιζουσι, φυσεως δε ὑποςασεις και ςοιχειων διακοσμησεις. Tatian. p. 160.

ORPHEUS.

Homero atque Hesiodo antiquior fuisse creditur Orpheus, quem et veterum et recentiorum multi patrem quasi et conditorem philosophiae Graecae existimarunt. Illius tamen historia admodum obscura est multisque veterum scriptorum contradictionibus premitur. Unicus de eo apud Ciceronem locus exstat:

Orpheum, poetam, docet Aristoteles numquam fuisse (1), et hoc Orphicum carmen Py- Nat.deor. I, c. 38.

(*) i. e. animi, corporis et status externi.

(1) Locus Aristotelis periit. Non tamen, contra totius antiquitatis testimonia, negare potuit, vixisse unquam Orpheum aliquem. Quare sine dubio sensus est, Orpheum illum, cujus sub nomine exstabat notius aliquod

Pythagorei fertur (²) cujusdem fuisse Cercopis.

Tatian. p. 173. *Ορφευς κατα τον αυτον χρονον Ἡρακλει γεγονεν, και τα εις αυτον επιφερομενα* (i. e. scripta quae illi tribui solent) *φασιν ὑπο Ονομακριτου του Αθηναιου συντεταχθαι γενομενου κατα την Πεισιςρατιδων αρχην περι την πεντηκοςην Ολυμπιαδα.*

A. p. v. 391. *Cecinit de eo Horatius:*

Silvestres homines sacer interpresque deorum
Caedibus et victu foedo deterruit Orpheus,
Dictus ob hoc lenire tigres rabidosque leones.

Diod.Sic. 4, 25. *Ορφευς ην υἱος μεν Οιαγρου, Θραξ δε το γενος· παιδεια δε και μελωδια και ποιησει πολυ προεχων. — Επι τοσυτο δε προεβη τη δοξη, ὡςε δοκειν τη μελωδια θελγειν τα τε θηρια και τα δενδρα· περι δε παιδειαν ασχοληθεις και τα περι της θεολογιας μυθολογουμενα μαθων, απεδημησε μεν εις Αιγυπτον, κακει πολλα προσεπιμαθων, μεγιςος εγενετο των Ἑλληνων εν τε ταις τελεταις και ταις θεολογιαις.* 5, 64. *— Ἱςορουσι δε, τον Ορφεα πρωτον εις τυς Ἑλληνας εξενεγκειν τελετας και μυςηρια.*

Diog. Laert. I, 5. *Ορφεα τον Θρακα λεγουσι φιλοσοφον γεγονεναι, και ειναι αρχαιοτατον· εγω δε, ει τον περι θεων εξαγορευσαντα τοιαυτα χρη φιλοσοφον καλειν, ουκ οιδα.*

Pausan. Boeot. *Ὁ Ορφευς ὑπερεβαλετο επων κοσμω τους προ αυτου, και επι μεγα ηλθεν ισχυος, οἱα πιςευομενος εὑρηκεναι*

quod carmen, fictam esse personam ipsumque carmen spurium. Hanc explicationem rectissime tuetur Cl. *Tiedemann* in libro German., quo antiquissimorum Graeciae philosophorum vitas atque doctrinas subtiliter et erudite persequitur. Lipsiae 1780.

(2) Vulgo *ferunt*. Praetuli *fertur* ex cod. Mſ. ap. Davisium, ut vitaretur amphibolia, quasi Pythagorei carmen illud tribuissent Cercopi. Nam ipse Cercops fuit Pythagoreus, teste Suida in *Ορφευς*, ubi huic Cercopi a nonnullis tribui dicuntur *Ἱεροι λογοι*, Orphei nomen mentientes.

ναι τελετας θεων, και εργων ανοσιων καθαρμους, νοσων τε ιαματα, και τροπας μηνιματων θειων.—Οςις δε περι ποιησεως επολυπραγμονησεν, ηδη τους Ορφεως ὑμνους οιδεν οντας, ἑκαςον τε αυτων επι βραχυτατον, και το συμπαν ουκ ες αριθμον πολυν πεποιημενους. Κοσμῳ δε των επων δευτερεια φεροιντο αν μετα Ὁμηρου γε τους ὑμνους.

Platonis jam tempore multos Orphei nomine esse abusos, ex hoc illius loco apparet: Αγυρται και μαντεις επι πλουσιων θυρας ιοντες, πειθουσιν, ὡς εςι παρα σφισι δυναμις εκ θεων ποριζομενη; θυσιαις τε και επῳδαις, ειτε τι αδικημα του γεγονεν, αυτου η προγονων, ακεισθαι μεθ᾽ ἡδονων τε και ἑορτων· και εαν τιν᾽ εχθρον πημηναι εθελῃ, μετα σμικρων δαπανων ὁμοιως δικαιον αδικῳ βλαψει· επαγωγαις τισι και καταδεσμοις τους θεους, ὡς φασι, πειθοντες σφισιν ὑπηρετειν. —Βιβλων δε ὁμαδον παρεχονται Μουσαιου και Ορφεως, Σεληνης τε και Μουσων εγγονων (ὡς φασι) καθ᾽ ἁς θυηπολουσι· πειθοντες ου μονον ιδιωτας, αλλα και πολεις, ὡς αρα λυσεις τε και καθαρμοι αδικηματων δια θυσιων εισι μεν ετι ζωσιν, εισι δε και τελευτησασιν. ἁς δη τελετας καλουσιν, αἱ των εκει κακων απολυουσιν ἡμας· μη θυσαντας δε δεινα περιμενει. de Rep. l. 2.

Ορφευς των θεων τα ονοματα πρωτος ἐξευρεν, και τας γενεσεις αυτων διεξηλθε, και ὁσα ἑκαςοις πεπρακται ειπε και πεπιςευται παρ᾽ αυτοις αληθεςερον θεολογειν. ην δε Ὑδωρ αρχη κατ᾽ αυτον τοις ὁλοις, απο δε του ὑδατος Ιλυς κατεςη, εκ δε ἑκατερων εγεννηθη ζώον δρακων, προσπεφυκυιαν εχων κεφαλην λεοντος, δια μεσου δε αυτων θεου προσωπον, ονομα Ἡρακλης, και Χρονος. ουτος ὁ Ἡρακλης εγεννησεν ὑπερμεγεθες ωον, ὁ εις δυο ερραγη· το μεν ουν κατα κορυφην αυτου, ουρανος ειναι ετελεσθη· το δε κατενερθεν γη. Athenag. p. 18.

Scripta, quae sub Orphei nomine ad nos pervenerunt (Argonautica, Hymni, libellus de lapidum virtutibus) spuria esse, contra Gesnerum, novissimum

mum eorum editorem, *luculenter probavit doctissimus* Schneider in Analect. crit. *idemque, de Hymnis praecipue*, Meiners de vero deo p. 160. sqq. *Non omnes tamen Hymnos a Neoplatonicis demum esse fictos, sed exstare inter eos antiquiores nonnullos, ex veterum Pythagoreorum schola derivandos, subtiliter et docte ostendit* Cl. Tiedemann l. l.

MYSTERIA.

Mysteria Graeciae, quae non solum ad interiorem fabularum cognitionem, sed etiam ad accuratiorem verioremque dei atque naturae scientiam spectabant, Orpheus condidisse dicitur; secundum alios inter quos videtur esse Herodotus, qui eorum inventionem Melampodi (l. 2, 49.) *tribuit, ea non invenit, sed amplificavit. Multa eorum genera erant, quae cuncta tamen eatenus sibi respondebant, ut deorum, quibus consecrata essent, res gestas non solum narrando, sed quasi repraesentando oculis auribusque initiandorum subjicerent. Eminebant prae ceteris Orgia Bacchi, et Cereris mysteria Eleusinja. De his ita Cicero:*

Nat. deor. 1, 42. Eleusis sancta et augusta, ubi initiantur gentes orarum ultimae.

Livius. 31, 14. Acarnanes duo juvenes, per Initiorum dies, non initiati, templum Cereris, imprudentes religionis, cum cetera turba ingressi sunt. Facile eos sermo prodidit, absurde quaedam percontantes; deductique ad antistites templi, quum palam esset, per errorem ingressos, tanquam ob infandum scelus, interfecti sunt.

In Verr. 5, 72. Cereris et Liberae sacra, sicut opiniones hominum ac religiones ferunt, longe maximis atque occultissimis ceremoniis continentur, a quibus initia vitae atque victus, legum, morum mansuetudinis, huma-

humanitatis exempla hominibus et civitatibus data ac dispertita esse dicuntur.

Mihi quum multa eximia divinaque videntur Athenae peperisse, atque in vitam hominum attulisse, tum nihil melius illis mysteriis, quibus ex agresti immanique vita exculti ad humanitatem et mitigati sumus! *Initia*que ut appellantur, ita re vera principia vitae cognovimus; neque solum cum laetitia vivendi rationem accepimus, sed etiam cum spe meliore moriendi. Leg. 2, 14.

Isocrates *de illis scribit*: *Δημητρος αφικνουμενης εις την χωραν ἡμων, ὁτε επλανηθη της κορης ἁρπασθεισης, και προς τους προγονους τους ἡμετερους ευμενως διατεθεισης εκ των ευεργεσιων (ἁς ουχ οἱον τε αλλοις η τοις μεμυημενοις ακουειν) εδωκε δωρεας διττας, αἱπερ μεγιςαι τυγχανουσιν ουσαι· τους τε καρπους, οἱ του μη θηριωδως ζῃν ἡμας αιτιοι γεγονασι· και την τελετην, ἡς οἱ μετεχοντες περι τε της του βιου τελευτης και του συμπαντος αιωνος ἡδιους τας ελπιδας εχουσιν.* Panegyr. c. 6.

Γενεσθαι φασι και ευσεβεςερους και δικαιοτερους και κατα παν βελτιονας ἑαυτων τους των μυςηριων κοινωνησαντας· διο και των αρχαιων ἡρωων τε και ἡμιθεων τους επιφανεςατους πεφιλοτιμησθαι μεταλαβειν της τελετης. Diod. Sic. 5, 49.

Σκοπος των τελετων εςιν, εις τελος αναγαγειν τας ψυχας εκεινο, αφ᾽ οὑ την πρωτην εποιησαντο καθοδον, ὡς απ᾽ αρχης. Plat. Phaed.

Nota est mysteriorum Eleusiniorum divisio in minora et majora.

Ουκ απεικοτως των μυςηριων των παρ᾽ Ἑλλησιν αρχει μεν τα καθαρσια. μετα ταυτα δ᾽ εςι τα μικρα μυςηρια, διδασκαλιας τινα ὑποθεσιν εχοντα και προπαρασκευης των μελλοντων· τα δε μεγαλα, περι των συμπαντων ού μανθανειν ετι ὑπολειπεται, εποπτευειν δε και περινοειν την τε φυσιν και τα πραγματα. Clem. Al. Strom. l. V. p. 582.

C Non

Seneca Qu. Nat. VII, 31. Non semel quaedam sacra traduntur. Eleusis servat quod ostendat revisentibus. Rerum natura non simul tradit sacra sua. Initiatos nos credimus: in vestibulo ejus haeremus. Illa arcana non promiscue nec omnibus patent: reducta et in interiore sacrario clausa sunt.

Suidas. *Διαφερει μυςης και εποπτης· οἱ τα μυςηρια παραλαμβανοντες λεγονται εν αρχῃ μεν μυςαι, μετ᾽ ενιαυτον δε εποπται και εφοροι.*

Minora, ut ceterorum deorum mysteria, historiam Cereris atque Proserpinae, simulque hominum post mortem sive praemia sive poenas repraesentabant. Majora, quibus qui initiatus esset, εποπτης vocabatur, refutabant superstitionem vulgarem, et vanitatem religionis popularis veramque unius dei scientiam initiandis tradebant *). *Quod satis luculenter apparet ex hoc Ciceronis loco:*

Tuscul. I, 12. Si scrutari vetera et ex his ea, quae scriptores Graeciae prodiderunt, eruere coner, ipsi illi majorum gentium dii qui habentur, hinc a nobis profecti in coelum reperientur. Quaere, quorum demonstrentur sepulcra in Graecia: reminiscere, quoniam es initiatus, quae traduntur mysteriis: tum denique, quam hoc late pateat, intelliges.

Etymol. M. in τελετη. *Χρυσιππος φησι τους περι των θειων λογους εικοτως καλεισθαι τελετας· χρηναι γαρ τουτους τελευταιους και επι πασι διδασκεσθαι, της ψυχης εχουσης ἑρμα και κεκρατημενης και προς τους αμυητους σιωπαν δυναμενης· μεγα γαρ ειναι το αθλον, ὑπερ θεου ακουσαι τε ορθα και εγκρατεις γενεσθαι αυτων* **)

CA-

*) Vid. *Mainers* (Vermischte Schriften Th. 3.) quo nemo accuratius de Mysteriis praesertim Eleusiniis scripsit.

**) i. e. abstinere illis, reticere.

CAPUT II.

DE PHILOSOPHIA GRAECORUM POLITICA.

LEGUM LATORES.

Omnes antiquae gentes regibus quondam paruerunt. Quod genus imperii primum ad homines justissimos et sapientissimos deferebatur. — Quibus autem regia potestas non placuit, non ii nemini, sed non semper uni parere voluerunt. Leg. 3, 2.

Justitiae fruendae causa videntur olim bene morati reges constituti. Nam quum premeretur inops multitudo ab iis, qui majores opes habebant: ad unum aliquem confugiebant, virtute praestantem; qui quum prohiberet injuria tenuiores, aequitate constituenda summos cum infimis pari jure retinebat. Eademque constituendarum legum fuit causa, quae regum. Jus enim semper quaesitum est aequabile; neque enim aliter esset jus. Id si ab uno justo et bono viro consequebantur, eo erant contenti. Quum id minus contingeret, leges sunt inventae, quae cum omnibus semper una atque eadem voce loquerentur. Ergo hoc quidem perspicuum est, eos ad imperandum deligi solitos, quorum de justitia magna esset opinio multitudinis. Adjuncto vero, ut iidem etiam prudentes haberentur, nihil erat, quod homines his auctoribus non posse consequi se arbitrarentur. Off. 2, 12.

Zaleucus et Charondas (1) non studii et delectationis, sed rei publicae causa leges civitatibus suis scripserunt. Quos imitatus Plato, videlicet hoc quoque legis putavit esse, persuadere aliquid, non omnia vi ac minis cogere. Zaleucum *quidem* istum negat Leg. 2, 6.

(1) Legum latores Magnae Graeciae, Zaleucus Locrensium Epizephyriorum, Charondas Catanaeorum aliarumque Siciliae et Italiae civitatum.

negat ullum fuisse Timaeus (2). At Theophrastus auctor haud deterior, mea quidem sententia melior. Eum multi nominant; commemorant vero ipsius cives, Locri. Sed sive fuit sive non fuit nihil ad
Att. 6, 1. rem. Loquimur, quod traditum est. — Quis Zaleucum leges Locris scripsisse non dixit?

Divin. 1, 43. Athenienses omnibus semper publicis consiliis divinos quosdam sacerdotes, quos μαντεις vocant, adhibuerunt: et Lacedaemonii regibus suis augurem assessorem dederunt: itemque senibus (sic enim consilium publicum appellant) augurem interesse voluerunt; iisdemque de rebus majoribus semper aut Delphis oraculum, aut ab Hammone aut a Dodona petebant. Lycurgus quidem, qui Lacedaemoniorum rem publicam temperavit, leges suas auctoritate Apollinis Delphici confirmavit.

Divin. 1, 54. Ad Apollinem Athenienses publice de majoribus rebus semper retulerunt.

Leg. 2, 16. Quum consulerent Athenienses Apollinem Pythium quas potissimum religiones tenerent; oraculum editum est, eas, quae essent in more majorum. Quo quum iterum venissent, majorumque morem dixissent saepe esse mutatum quaesivissentque, quem morem potissimum sequerentur e variis; respondit: optimum.

Or. p. Flac. 26. Lacedaemoniorum civitatis spectata ac nobilitata virtus non solum natura corroborata, verum etiam disciplina putatur: qui soli toto orbe terrarum septingentos jam annos amplius unis moribus, et nunquam mutatis legibus vivunt.

Tusc. 2, 16. Illi, qui Graeciae formam rerum publicarum dederunt, corpora juvenum firmari labore voluerunt: quod Spartiatae etiam in feminas transtulerunt.

Cre-

(2) Non Philosophus ille Locrensis Pythagoreus, sed historicus Siculus.

Cretum quidem leges, quas five Jupiter, five ib. c. 14.
Minos fanxit, de Jovis quidem fententia, ut poetae ferunt (3), itemque Lycurgi laboribus erudiunt juventutem, venando, currendo, efuriendo, fitiendo, algendo, aeftuando. Spartae vero pueri ad aram fic verberibus accipiuntur, ut multus e vifceribus fanguis exeat; nonnunquam etiam ut, quum ibi effem, audiebam, ad necem: quorum non modo nemo exclamavit unquam; fed ne ingemuit quidem.

SEPTEM SAPIENTES.

Septem fuiffe dicuntur uno tempore, qui fapientes de Or. 3, 34.
et haberentur et vocarentur. Hi omnes praeter Milefium Thalen civitatibus fuis praefuerunt. *Attamen* Amic. c. 2.
eos, qui ifta fubtilius quaerunt, in numero fapientium non habent. — Ex mediorum *enim* officiorum Off. 3, 4.
frequentia fimilitudinem quandam gerebant fpeciemque fapientum. — Non fuo autem, fed popu- Fin. 2, 3.
lorum fuffragio omnium nominati funt *Sapientes*.

Λεγουσι εκεινους τους σοφους, ὑπ᾽ ενιων δὲ σοφι- Plutarch.
ςας προσαγορευθεντας, αυτους μὲν ειναι πεντε, Χιλωνα π. τ. Ει.
και Θαλην και Σολωνα και Βιαντα και Πιττακον· ειτα δε Κλεοβουλος ὁ Λινδιων τυραννος, και Περιανδρος ὁ Κορινθιος, ουδεν αυτοις αρετης μετον ουδε σοφιας, αλλα δυναμει και φιλοις και χαριτι καταβιαζομενοι την δοξαν, ενεβαλον εις τὂνομα των σοφων, και τινας γνωμας και λογους εξεπεμπον, και διεσπειραν εις την Ἑλλαδα τοις ὑπ᾽ εκεινων λεγομενοις ὁμοιως.

Θαλης ὁ Μιλησιος, και Πιττακος ὁ Μιτυληναιος, Plat.
και Βιας ὁ Πριηνευς, και Σολων ὁ ἡμετερος, και Κλεο- Protag.

 βουλος

(3) „Minos fe in antrum Jovis recondebat et ibi diu moratus leges tanquam fibi a Jove traditas afferebat." Ita Lactant. Div. Inft. 1, 22.

βουλος ὁ Λινδιος, και Μυσων ὁ Χηνευς (4), και ἑβδομος, Λακεδαιμονιος Χιλων, ούτοι παντες ζηλωται και ερασαι και μαθηται ησαν της Λακεδαιμονιων παιδειας. Και καταμαθοι αν τις αυτων την σοφιαν τοιαυτην ουσαν, ρηματα βραχεα ἀξιομνημονευτα, ἑκαςῳ ειρημενα. Ούτοι και κοινη ξυνελθοντες, απαρχην της σοφιας ανεθεσαν τῳ Απολλωνι, εις τον νεων τον εν Δελφοις γραψαντες ταυτα, ἁ δη παντες ὑμνουσι, ΓΝΩΘΙ ΣΑΥΤΟΝ, και, ΜΗΔΕΝ ΑΓΑΝ.

Val. Max. 4, 1. A piscatoribus in Milesia regione verriculum trahentibus quidam jactum emerat. Extracta deinde magni ponderis aurea mensa Delphica, orta controversia est: illis piscium se capturam vendidisse affirmantibus, hoc fortunam tractus se emisse dicente. Qua conditione propter novitatem rei et magnitudinem pecuniae ad universum ejus civitatis populum delata, placuit Apollinem Delphicum consuli, cuinam adjudicari mensa deberet. Deus respondit, illi esse dandam, qui sapientia ceteros praestaret, his verbis:

Ὁς σοφιῃ παντων πρωτος, τουτῳ τριποδ' αν δω.

Tum Milesii consensu Thaleti mensam dederunt: ille cessit eam Bianti, Bias, Pittaco, is protinus alii, deincepsque per omnium septem sapientium orbem ad ultimum ad Solonem pervenit, qui et titulum amplissimae sapientiae et praemium ad ipsum Apollinem transtulit.

SOLON.

Brut. 10. Rosc. Am. 25. Solon et Pisistratus Servio Tullio regnante viguerunt. — Atheniensium autem civitatis sapientissimum

(4) Τον ἑβδομον Πλατων αντι Περιανδρου καταλεγει Μυσωνα τον Χηνεα. Κωμη δε εν τη Οιτῃ τῳ ορει ῳκουντο αἱ Χηναι. Sic Pausan. in Phoc. Periander enim, crudelissimus Corin-

mum Solonem dicunt fuisse, eum, qui leges, quibus hodie quoque utuntur, scripserit. Is quum interrogaretur, cur nullum supplicium constituisset in eum, qui parentem necasset, respondit, se id neminem facturum putasse. Sapienter fecisse dicitur, quum de eo nihil sanxerit, quod antea commissum non erat, ne non tam prohibere, quam admonere videretur. *Idem* capite sanxit, si qui in seditione non alterius utrius partis fuisset. Att. 10, 1.

Quamvis Themistocles jure laudetur, et sit ejus nomen, quam Solonis, illustrius, citeturque Salamis clarissimae testis victoriae, quae anteponatur consilio Solonis ei, quo primum constituit Areopagitas: non minus praeclarum hoc quam illud judicandum est. Illud enim semel profuit, hoc semper proderit civitati: hoc consilio leges Atheniensium, hoc majorum instituta servantur. Et Themistocles quidem nihil dixerit, in quo ipse Areopagum adjuverit: at ille vere, a se adjutum Themistoclem. Est enim bellum gestum consilio senatus ejus, qui a Solone erat constitutus. Off. I, 22.

Postquam sumtuosa fieri funera, et lamentabilia coepissent, Solonis lege sublata sunt. Leg. 2, 25.

Inprimis versutum et callidum factum Solonis, qui, quo et tutior vita ejus esset, et plus aliquando reipublicae prodesset, furere se simulavit. *Nam* orientem tyrannidem (¹) multo ante prospexit. — *Postea* Pisistrato tyranno quaerenti, qua tandem spe fretus sibi tam audaciter obsisteret, respondisse dicitur: Senectute. Off. 1, 30. Div. I, 49. Senect. c. 20.

Solonem versibus gloriantem videmus, qui se, quotidie aliquid addiscentem, senem fieri dicit. ib. c. 8.

Corinthiorum tyrannus, sapientis nomine multis indignus videbatur.

(1) Pisistrati.

Fin. 3, 22. Sapiens non exſpectet ultimum tempus aetatis, ut tum denique judicetur, beatusne fuerit, quum extremum vitae diem morte confecerit: quod ille unus e ſeptem ſapientibus non ſapienter Croeſum monuit.

Senect. c. 20. Solonis elogium eſt, quo ſe negat velle ſuam mortem dolore amicorum et lamentis vacare. Vult, Tuſcul. I, 49. credo, ſe eſſe carum ſuis. *Ita autem* ſapiens ille:

Mors mea ne careat lacrimis, linquamus amicis
Moerorem, ut celebrent funera cum gemitu (2).

B I A S.

Paradox. I, 1. Saepe laudabo ſapientem illum, Biantem, qui numeratur in ſeptem: cujus quum patriam Prienen*) cepiſſet hoſtis, ceterique ita fugerent, ut multa de ſuis rebus ſecum aſportarent: quum eſſet admonitus a quodam, ut idem ipſe faceret: Ego vero, inquit, facio. Nam omnia mea porto mecum.

Amic. c. 16. Scipio negabat ullam vocem inimiciorem amicitiae potuiſſe reperiri, quam ejus, qui dixiſſet, ita amare oportere, ut ſi aliquando eſſet oſurus. Nec vero ſe adduci poſſe, ut hoc, quaemadmodum putaretur, a Biante eſſe dictum crederet, qui ſapiens habitus eſſet unus e ſeptem, ſed impuri cujusdam aut ambitioſi, aut omnia ad ſuam potentiam revocantis eſſe ſententiam.

Ex multis, quae ſeptem ſapientibus tribui ſolent ſententiis, praeſtantiores nonnullas adjiciam ex Stobaeo et Diogene Laertio.

1) *So-*

(2) *Μηδε μοι ακλαυςος θανατος μολοι, αλλα φιλοισι*
Ποιησαιμι θανων αλγεα και ςοναχας.
Plut. in vita Sol.

*) Ioniae oppidum.

1) *Solonis.* Ελεγε, τον μεν λογον ειδωλον ειναι των εργων, βασιλεα δε τον ισχυροτατον τη δυναμει, τους δε νομους τοις αραχνιοις ὁμοιους. — Καλοκαγαθιαν ὁρκου πιστοτεραν εχε. Φιλους μη ταχυ κτω· οὑς δ' αν κτηση μη ταχυ αποδοκιμαζε. — Μηδεν αγαν. — Ἡδονην φευγε· αὑτη γαρ λυπην τικτει. — Αρχεσθαι μαθων αρχειν επιστηση. — Συμβουλευε μη τα ἡδιστα, αλλα τα βελτιστα τοις πολιταις. Diog. D. I, 58. sqq. et Stobaeus Serm. 3.

2) *Biantis, Prienaei:* Οἱ πλειστοι ανθρωποι κακοι. — ακουε πολλα, λαλει καιρια. — αναξιον ανδρα μη επαινει δια πλουτον. — Ὁ τι αγαθον πραττης, εις θεους αναπεμπε. — ατυχης εστι ὁ ατυχιαν μη φερων.

3) *Cleobuli, Lindii:* Μετρον αριστον. τον του δημου εχθρον πολεμιον νομιζε. — γαμει εκ των ὁμοιων· εαν γαρ εκ των κρειττονων λαβης, δεσποτας κτηση τους συγγενεας. — ὁταν τις εξιη της οικιας, ζητειτω προτερον, τι μελλει πρασσειν· και ὁταν εισελθη παλιν, ζητειτω τι επραξε.

4) *Chilonis, Lacedaemonii:* Γνωθι σαυτον. — πινων μη πολλα λαλει. — επι τα δειπνα των φιλων βραδεως πορευου, επι δε τας ατυχιας ταχεως. — ἡ γλωσσα σου μη προτρεχετω του νου. — τον τεθνηκοτα μη κακολογει.

5) *Pittaci, Mitylenaei:* Εγγυα, παρα δ' ατη. — μη πλουτει κακως. — ὁ μελλεις πραττειν μη προλεγε· αποτυχων γαρ γελασθηση.

6) *Periandri, Corinthii:* Αἱ μεν ἡδοναι θνηται· αἱ δ' αρεται, αθανατοι. — μη μονον τους ἁμαρτανοντας κολαζε, αλλα και τους μελλοντας κωλυε. — δυστυχων, κρυπτε, ἱνα μη τους εχθρους ευφρανης.

7) *Thaletis, Milesii:* Καιρον γνωθι. — ὁσα νεμεσας τῳ πλησιον, αυτος μη ποιει.

EPIMENIDES.

Hic quoque a nonnullis olim septem sapientibus annumeratus est, praestigiatoribus tamen magis quam philosophis annumerandus. Multa cum praedixisse, et arcanis artibus inclaruisse fabulantur.

Divin. 1, 18. Vaticinantibus per furorem *annumerandus* Epimenides Cres.

Leg. 2, 11. Illud vitiosum, Athenis quod, Cylonio scelere *) expiato, Epimenide Crete suadente, fecerunt Contumeliae fanum et Impudentiae.

Solon. p. 84. *Plutarchus, narrato Cylonio scelere per Epimenidem expiando addit: μεταπεμπτος Αθηναιοις ἡκεν εκ Κρητης Επιμενιδης, ὁν ἑβδομον εν τοις Σοφοις καταριθμουσιν ενιοι των ου προσιεμενων τον Περιανδρον· εδοκει δε τις ειναι θεοφιλης και σοφος περι τα θεια, την ενθουσιαστικην και τελεστικην σοφιαν.*

Plin. l. 7. c. 52. Fabulositatem in Gnosio Epimenide accipio: puerum et itinere fessum in specu septem et quinquaginta dormisse annis: rerum faciem mutationemque mirantem velut postero experrectum die.

Hesych. Miles. *Περι Επιμενιδου του Κρητος λογος, ὡς εξηρχετο ἡ ψυχη, ὁτε ηβουλετο, και ὁποσον ηθελε καιρον, και παλιν επανηρχετο.*

CAPUT III.

DE PHILOSOPHIA GRAECORUM SECTARIA.

I. IONICI.

1. THALES.

Divin. 1, 49. Thales Milesius, ut objurgatores suos convinceret, ostenderetque, etiam philosophum, si ei commodum esset,

*) Suidas. *Κυλωνειον αγος· απο Κυλωνος, ὁν καταφυγοντα επι τας Σεμνας θεας* (i. e. Furias), *αποσπασαντες αυτον οἱ*

esset, pecuniam facere posse, omnem oleam, antequam florere coepisset, in agro Milesio coëmisse dicitur. Animadverterat fortasse quadam scientia, olearum ubertatem fore. Et quidem idem primus defectionem solis, quae Astyage regnante facta est, praedixisse fertur.

Thales Milesius ex septem illis sapientia memoratis viris facile praecipuus. Fuit enim geometriae penes Grajos primus repertor, et naturae rerum certissimus explorator, et astrorum peritissimus contemplator. Apulej. Flor. IV.

Mensuram altitudinis pyramidum deprehendere invenit Thales Milesius, umbram metiendo, qua hora par esse corpori solet. Plin. Hist. N. 36, 7.

Princeps Thales, unus e septem, cui sex reliquos concessisse primas ferunt, ex aqua dixit constare omnia. — Primus de talibus rebus quaesivit, et aquam dixit esse initium rerum: deum autem eam mentem ([1]), quae ex aqua cunta fingeret. Aquae *enim* adjunxit *mentem*. Acad. 2, 37. Nat. deor. 1, 10.

Ειναι δει τινα φυσιν η μιαν, η πλειους μιας, εξ ὧν γιγνεται τα αλλα. Το μεν τοι πληθος και το ειδος της τοιαυτης αρχης, ου το αυτο παντες λεγουσιν· αλλα Θαλης μεν, ὁ της τοιαυτης αρχηγος φιλοσοφιας, ὑδωρ φησιν ειναι. διο και την γην εφ' ὑδατος απεφηνατο ειναι, λαβων ισως την ὑποληψιν ταυτην εκ Arist. Met. 1, 3.

οἱ Αθηναιοι απεκτειναν. Fusius sed paullo aliter hoc Cylonium piaculum narrant Thucyd. l. 1. c. 126. et Plutarch. in vita Solon.

(1) Mens h. l. non est disjuncta quaedam a materia natura, sed vis movens, quam aquae, primae materiae, inesse, et quam omnia ex aqua fingere credidit Thales, hinc *anima mundi*, (*Θαλης νουν του κοσμου θεον*. Plut. Plac. Phil. c. 7.) quod et ex sequentibus apparebit. Primus enim omnium consensu Anaxagoras a materia distinxit et separavit mentem, mundi fictricem.

εκ του παντων ὁραν την τροφην ὑγραν ουσαν, και αυτο το θερμον εκ τουτου γιγνομενον(2)*, και το ζωον τουτῳ ζων, και δια το παντων τα σπερματα την φυσιν ὑγραν εχειν· το δ' ὑδωρ αρχη φυσεως εςι τοις ὑγροις. Εισι δε τινες, οἱ και τους παμπαλαιους, και πολυ προ της νυν γενεσεως και πρωτους θεολογησαντας, οὑτως οιονται περι της φυσεως διαλαβειν. Ωκεανον τε γαρ και Τηθυν εποιησαν της γενεσεως πατερας*(3)*, και τον ὁρκον των θεων ὑδωρ, την καλουμενην ὑπ' αυτων Στυγα των ποιητων. Τιμιωτατον γαρ το πρεσβυτατον· ὁρκος δε το τιμιωτατον εςι.*

Leg. 2, 11. Thales, qui ſapientiſſimus in ſeptem fuit, homines *dixit* exiſtimare oportere, omnia, quae cernerentur, Deorum eſſe plena.

Ariſt. de An. 1, 5. *Εν τῳ ὁλῳ τινες ψυχην μεμιχθαι φασιν· ὁθεν ισως και Θαλης ῳηθη, παντα πληρη θεων ειναι.*

ib. 1, 2. *Εοικε δε και Θαλης εξ ὡν απομνημονευουσι, κινητικον τι την ψυχην αναλαμβανειν, ειπερ τον λιθον εφη ψυχην εχειν, ὁτι τον σιδηρον κινει.*

2. ANAXIMANDER.

Acad. 2, 37. Anaximander, popularis et ſodalis Thaletis, infinitatem naturae dixit eſſe, e qua omnia gignerentur.

Plutarch. Plac. Ph. l. 1. c. 3. *Αναξιμανδρος ὁ Μιλησιος φησι, των οντων την αρχην ειναι το ΑΠΕΙΡΟΝ· εκ γαρ τουτου παντα γινε-*

(2) Quatenus nempe ſol, caloris principium, maris vaporibus ali credebatur. *ὁτι και αυτο το πυρ του ἡλιου και τα των αςρων ταις των ὑδατων αναθυμιασεσι τρεφεται.* Sic. Plut. de Plac. Phil. l. 1. c. 3.

(3) Reſpicit ad verſus Orpheo apud Platonem in Cratylo tributos:

Ωκεανος πρωτος καλιρροου ηρξε γαμοιο,
Ὁς ρα κασιγνητην ὁμομητορα Τηθυν οπυιεν.

et Homericum:

Ωκεανον τε θεων γενεσιν και μητερα Τηθυν.

Il. ξ, 201 et 302.

γινεσθαι, εις τουτο παντα φθειρεσθαι· διο και γενvασθαι απειρους κοσμους και παλιν φθειρεσθαι εις το, εξ ὁ γινεται. Ἁμαρτανει δε οὑτος, μη λεγων τι εςι το απειρον, ποτερον αηρ εςιν, η ὑδωρ, η γη, η αλλα τινα σωματα. Ἁμαρτανει ουν, την μεν ὑλην αποφαινομενος, το δε ποιουν αιτιον αναιρων (1). Το γαρ Απειρον ουδεν αλλο η ὑλη εςιν· ου δυναται δε ἡ ὑλη ειναι ενεργεια, αν μη το ποιουν ὑποκεηται.

Anaximandri opinio eſt, nativos eſſe deos, longis intervallis orientes, recidentesque, eosque innumerabiles eſſe mundos. Nat. d. 1, 10.

Αναξιμανδρος Θεους διοριζεται ειναι τους απειρους κοσμους. Cyrill. c. Julian.

Ab Anaximandro phyſico moniti Lacedaemonii ſunt, ut urbem et tecta linquerent, armatique in agro excubarent, quod terrae motus inſtaret, tum, quum et urbs tota corruit et ex monte Taygeto extrema montis quaſi puppis avulſa eſt. Divin. 1, 50.

Αναξιμανδρος εὑρε γνωμονα πρωτος, και γης και θαλασσης περιμετρον πρωτος εγραψεν, αλλα και σφαιραν κατεσκευασε. Diog. L. II, 2.

3. ANAXIMENES.

Anaximandri auditor, Anaximenes infinitum aëra dixit eſſe, e quo omnia gignerentur: ſed ea, quae ex eo orirentur, definita; gigni autem terram, aquam, ignem, tum ex his omnia. Acad. 2, 37.

Αναξιμενης Μιλησιος, ἑταιρος γεγονως Αναξιμανδρου, μιαν μεν την ὑποκειμενην φυσιν (1) και απειρον φησιν, ὡσπερ εκεινος· ουκ αοριςον δε ὡσπερ εκεινος, αλλα και ὡρισμενον, αερα λεγων αυτην (2). Simplic.

Ana-

(1) i. e. *cauſam efficientem* ſuſtulit, ſolam materiam conſtituens.

(1) ὑποκειμενη φυσις h. l. idem quod *αρχη, materia ex qua.*

(2) Anaximander ſolam naturae *infinitatem* αρχην eſſe dixerat. Jam Anaximenes, non recedens a magiſtri

doctri-

Nat. d. 1, 10. Anaximenes aëra deum ſtatuit, eumque gigni, eſſeque immenſum et infinitum et ſemper in motu.

August. Civ. D. 8, 2. Anaximander Anaximenem diſcipulum et ſucceſſorem reliquit qui omnes rerum cauſas infinito aëri dedit: nec deos negavit aut tacuit, non tamen ab ipſis aërem factum, ſed ipſos ex aëre ortos credidit.

4. ANAXAGORAS.

Orat. 3, 15. Anaxagoras quietem atque otium ſecutus totum ſe ad cognitionem rerum transtulit. *Quare* agros et patrimonium ſuum reliquit, et huic diſcendi quaerendique divinae delectationi toto ſe animo dedit. (Tuſc. 5, 39.)

Orat. 3, 34. Periclem, de cujus dicendi copia ſic accepimus, ut, quum contra voluntatem Athenienſium loqueretur pro ſalute patriae, populare omnibus et jucundum videretur, non clamator aliquis ad clepſydram latrare docuerat, ſed, ut accepimus, Clazomenius ille Anaxagoras, vir ſummus in maximarum rerum ſcientia, maximaque et gravitatis et ingenii gloria. (Acad. 2, 23.)

Tuſc. 3, 14. Euripides *quoque* fuerat auditor Anaxagorae.

ibid. Anaxagoram ferunt, nuntiata morte filii, dixiſſe: Sciebam me genuiſſe mortalem.

Tuſc. 1, 43. Praeclare Anaxagoras; qui, quum Lampſaci moreretur, quaerentibus amicis, velletne Clazomenas in patriam, ſi quid accidiſſet [1], auferri: Nihil neceſſe eſt, inquit, undique enim ad inferos tantundem viae eſt.

Nat. d. 1, 11. Anaxagoras, qui accepit ab Anaximene diſciplinam, primus omnium rerum deſcriptionem et motum mentis infinitae vi ac ratione deſignari et confici voluit.

Ana-

doctrina, accuratius tantum eam determinavit, quum doceret *infinitum aera* eſſe αρχην.

(1) per euphemiſmum pro: *ſi mortuus eſſet*, ut Graecorum ει τι παθοι, et εαν τι συμβαινη.

Αναξαγορας πρωτος τη ὑλη νουν επεςησεν, αρξαμενος οὑτω του συγγραμματος· Παντα χρηματα ην ὁμου, ειτα νους ελθων αυτα διεκοσμησε, παρ᾽ ὁ και Νους επεκληθη (2). Diog. L. l. 2. ſ. 5.

Αναξαγορας πρωτος διηρθρωσε τον περι αρχων λογον. Ου γαρ μονον περι της παντων ουσιας απεφηνατο, ὡς οἱ προ αυτου, αλλα και περι του κινουντος αυτην αιτιου. Euſeb. Praep. l. 10, 14.

Αναξαγορας δοκει καθευδοντων των αλλων τον Νουν πρωτον αιτιον των γιγνομενων ιδειν. Procl. in Tim.

Αναξαγορας αρχην τον νουν τιθεται παντων, μονον γουν φησιν αυτον των οντων ἁπλουν ειναι, και αμιγη τε και καθαρον· αποδιδωσι δ᾽ αμφω τη αυτη αρχη, το δε γινωσκειν, και το κινειν, λεγων, νουν κινησαι το παν. Ariſt. de An. I. I. c. 2.

Anaxagoras materiam infinitam dixit eſſe, e qua omnia gignerentur; ſed ex ea particulas, ſimiles inter ſe, minutas; eas primum confuſas, poſtea in ordinem adductas mente divina. Acad. 2, 37.

De his particulis minutis, inter ſeſe ſimilibus, e quibus omnia conſtare credebat Anaxagoras, et quas ὁμοιομερειας vocabat, ita ſcripſit Lucretius, qui hanc illius doctrinam, cum ſimili atomiſtico Epicureorum dogmate non confundendam, refutare conatur:

Nunc et Anaxagorae ſcrutemur homoeomeriam, l. I. v. 830.
Quam Graeci memorant, nec noſtra dicere lingua
Concedit nobis patrii ſermonis egeſtas.
Sed tamen ipſam rem facile eſt exponere verbis:
Principium rerum, quam dicit homoeomeriam.
Oſſa videlicet e pauxillis atque minutis
Oſſibu', ſic et de pauxillis atque minutis
Viſceribus viſcus gigni: ſanguenque creari
Sanguinis inter ſe multis coeuntibu' guttis.

Ex

(2) vid. Plutarch. in Pericle. *Τον Αναξαγοραν οἱ τοτ᾽ ανθρωποι Νουν προσηγορευον.*

Ex aurique putat micis consistere posse
Aurum, et de terris terram concrescere parvis:
Ignibus ex ignem, humorem ex humoribus esse.
Cetera consimili fingit ratione putatque.

Ac. 2, 23. Anaxagoras nihil cognosci, nihil percipi, nihil sciri posse dixit; angustos sensus, imbecillos animos, brevia curricula vitae esse.

Sext. E. a. Math. l. 7. *Ὁ φυσικωτατος Αναξαγορας ὡς ασθενεις διαβαλλων τας αισθησεις, ὑπο αφαυροτητος αυτων φησι ου δυνατοι εσμεν κρινειν τ' αληθες.*

Acad. 2, 23. et 31. Nivem nigram dixit esse, *eamque* albam esse non modo negabat, sed sibi, quia sciret aquam nigram esse, unde illa concreta esset, albam ipsam esse ne videri quidem (3).

5. DIOGENES.

Nat. d. 1, 12. Quid aër, quo Diogenes Apolloniates utitur deo, quem sensum habere potest, aut quam formam Dei?

August. Civ. D. 8, 2. Diogenes quoque, Anaximenis alter auditor, aërem quidem dixit rerum esse materiam, de qua omnia fierent, sed eum esse compotem divinae rationis, sine qua nihil ex eo fieri posset.

Απολλωνια Κρητης· εκ ταυτης ὁ φυσικος Διογενης. Sic Steph. Byz. in v. *Απολλωνια.*

6. ARCHELAUS.

Tusc. 5, 4. Archelaum Anaxagorae discipulum audiverat Socrates.

Diog. L. l. 2, l. 16. *Αρχελαος Αθηναιος η Μιλησιος εκληθη φυσικος, παρο και εληξεν εν αυτῳ ἡ φυσικη φιλοσοφια, Σωκρατους*

(3) Quum sensuum testimonium rejiceret, solique ratiocinationi confideret, ex suo *ὁμοιομερειας* dogmate Paradoxon illud derivabat. *Νοουμενα* enim *φαινομενοις αντετιθη Αναξαγορας*, ut ait Sext. Emp. Pyrrh. H. l. 1. c. 13.

κρατους την ηθικην εισαγαγοντος: εοικε δε και ουτος αψασθαι της ηθικης· και γαρ περι νομων πεφιλοσοφηκε, και καλων και δικαιων. Ελεγε δε το δικαιον ειναι και το αισχρον ου φυσει αλλα νομω.

II. ITALICI SEU PYTHAGOREI.

PHERECYDES.

Pherecydes, Pythagorae magister, physicus potius habebitur quam divinus, quod, quum vidisset haustam aquam de jugi puteo, terrae motum dixit instare (1). Divin. 1, 50.

Pherecydes, Syrius, primum dixit animos esse hominum sempiternos: antiquus sane: fuit enim meo regnante gentili (2). Tusc. 1, 16

Φερεκυδης ὁ Συριος λεγει· Ζας (Jupiter) *ποιει φαρος μεγα τε και καλον, και εν αυτῳ ποικιλλει γην και Ωγηνον* (Oceanum) *και τα Ωγηνου δωματα.* — *Τι εστιν ἡ ὑποπτερος δρυς και το επ' αυτη πεποικιλμενον φαρος και παντα ὁσα Φερεκυδης αλληγορησας εθεολογησεν;* Clem. Al. Strom. VI p. 621. et 642.

Pherecydes, Syro ex insula oriundus, primus versuum nexu repudiato, conscribere ausus est passis verbis, soluto locutu, libera oratione. Eum Pythagoras magistrum coluit, et infandi morbi putredine in serpentium (3) scabiem solutum religiose humavit. Apul. Flor. 2.

PYTHA-

(1) Plura ei vaticinia tribuuntur apud Diog. Laertium, l. 1. s. 116.

(2) i. e. regnante Servio Tullio. Cetera hujus philosophi dogmata, cosmogonica praecipue, obscurissima sunt, et allegoriis involuta.

(3) i. e. morbo pediculari periit. Nam serpentia h. l. vermes sunt, ut et apud Plin. l. 7. c. 51. Plurimi certe testantur, phthiriasi eum consumtum esse, quamquam et aliae eaeque admodum diversae de illius morte narrationes exstent. vid. Diog. L. 1, 118. et Plut. in Pelop. Cete-

PYTHAGORAS.

Tusc. 1, 16 Pherecydis opinionem *de immortalitate* discipulus ejus Pythagoras maxime confirmavit: qui, quum Superbo regnante in Italiam venisset, tenuit Magnam illam Graeciam, quum honore disciplinae, tum etiam auctoritate, multaque secula postea sic viguit Pythagoreorum nomen, ut nulli alii docti viderentur.

Justin. 20, 4. Pythagoras philosophus, Sami Demarato *) locupleie negotiatore natus, magnisque sapientiae incrementis formatus, Aegyptum primo; mox Babyloniam ad perdiscendos siderum motus originemque mundi spectandam profectus summam scientiam consecutus erat. Inde regressus Cretam et Lacedaemona, ad cognoscendas Minois et Lycurgi inclytas ea tempestate leges, contenderat. Quibus omnibus instructus Crotonam venit, populumque in luxuriam lapsum auctoritate sua ad usum frugalitatis revocavit. Laudabat quotidie virtutem; vitia luxuriae casusque civitatium ea peste perditarum enumerabat: tantumque studium multitudinis ad frugalitatem provocavit, ut aliquos ex his luxuriatos incredibile videretur. Matronarum quoque separatam a viris doctrinam et puerorum a parentibus frequenter habuit. Docebat

Ceterum de vita et doctrina hujus philosophi consulendus inprimis est Cel. *Tiedemann* in libro germ. de primis Graeciae philosophis. Lips. 1780.

*) Diog. L. 8, 1. *Ιταλικης φιλοσοφιας ηρξε Πυθαγορας Μνησαρχου δακτυλιογλυφου, ὡς φησιν Ἑρμιππος· η, ὡς Αριστοξενος, Τυρρηνος, απο μιας των νησων, ἁς κατεσχον Αθηναιοι Τυρρηνους εκβαλοντες· ενιοι δε, ὑιον μεν ειναι Μαρμακου· οικειν δε εν Σαμῳ τον Μαρμακον, ὁθεν Σαμιον τον Πυθαγοραν λεγεσθαι.* Solus Justinus patrem Pythag. Demaratum vocat. In Mnesarcho plurimi congruunt antiqui scriptores. vid. Cel. *Tiedemann* p. 215.

cebat nunc has pudicitiam et obſequia in viros; nunc illos modeſtiam et litterarum ſtudium. Inter haec velut genitricem virtutum, frugalitatem omnibus ingerebat; conſecutusque diſputationum aſſiduitate erat, ut matronae auratas veſtes, ceteraque dignitatis ſuae ornamenta velut inſtrumenta luxuriae deponerent, eaque omnia delata in Junonis aedem ipſi deae conſecrarent, prae ſe ferentes, vera ornamenta matronarum pudicitiam, non veſtes eſſe. In juventute quoque quantum profligatum ſit, victi feminarum contumaces animi manifeſtant. Sed CCC ex juvenibus quum ſodalitii juris ſacramento quodam nexi ſeparatam a ceteris civibus vitam exercerent, quaſi coetum clandeſtinae conjurationis haberent, civitatem in ſe converterunt, quae eos, quum in unam domum conveniſſent, cremare voluit. In quo tumultu LX ferme periere, ceteri in exilium profecti. Pythagoras autem quum annos XX Crotonae egiſſet, Metapontum migravit ibique deceſſit; cujus tanta admiratio fuit, ut ex domo ejus templum facerent, eumque pro deo colerent.

Pythagoras et Aegyptum luſtravit, et Perſarum magos adiit; *multas* regiones barbarorum pedibus obiit, *multa* maria transmiſit. Fin. 5,29.

Pythagoras fuit in Italia temporibus iisdem quibus L. Brutus patriam liberavit. Pythagorae autem doctrina, quum longe lateque flueret, permanaviſſe mihi videtur in noſtram civitatem; idque quum conjectura probabile eſt, tum quibusdam etiam veſtigiis indicatur. Quis enim eſt, qui putet, quum floreret in Italia Graecia potentiſſimis et maximis urbibus, ea, quae Magna dicta eſt; in hisque primum ipſius Pythagorae, deinde poſtea Pythagoreorum tantum nomen eſſet; noſtrorum hominum ad eorum doctiſſimas voces aures clauſas fuiſſe? Quin Tuſc. 4,1.

etiam arbitror, propter Pythagoreorum admirationem, Numam quoque regem Pythagoreum a posterioribus existimatum. Nam quum Pythagorae disciplinam et instituta cognoscerent, regisque ejus aequitatem et sapientiam a majoribus suis accepissent, aetates autem et tempora ignorarent propter vetustatem; eum, qui sapientia excelleret, Pythagorae auditorem crediderunt fuisse.

Tusc. 5, 3. *Ante Pythagoram* omnes, qui in rerum contemplatione studia ponebant, Sapientes et habebantur et nominabantur: idque eorum nomen usque ad Pythagorae manavit aetatem: quem, uti scribit auditor Platonis Ponticus Heraclides (1), vir doctus inprimis, Phliuntem (2) ferunt venisse, cumque Leonte, principe Phliasiorum, docte et copiose disseruisse quaedam. Cujus ingenium et eloquentiam quum admiratus esset Leon, quaesivisse ex eo, qua maxime arte confideret. At illum, artem quidem se scire nullam, sed esse Philosophum. Admiratum Leontem novitatem nominis quaesivisse, quinam essent Philosophi, et quid inter eos et reliquos interesset. Pythagoram autem respondisse: „Similem sibi videri

(1) Huic Heraclidi tamen plurimae portentosae fabulae de Pythagora debentur, quas deinde exscripserunt et auxerunt seriores scriptores, Diogenes Laertius (ut l. 8. c. 4), et inprimis Porphyrius atque Iamblichus. Nusquam enim magis quam in historia Pythagoræ caute incedendum, ne cuivis scriptori fidem adhibeamus, eaque ratione ineptissimas fabulas, quibus stolidi quidam Pythagorae admiratores olim illius historiam exornarunt, nobis persuaderi patiamur. Fidem omnium sive superstitum sive deperditorum scriptorum, quibus Pythagorae notitiam debemus, praecipue Heraclidis Pontici, quem ipse Cicero alio loco (Nat. d. 1. 13.) puerilibus fabulis libros refersisse scribit, subtiliter examinat doctiss. *Meiners* de vero Deo p. 268 sqq. et in Geschichte der Wissenschaften in Griechenl. B. I. S. 179 seq.

(2) Phlius, urbs Peloponnesi.

videri vitam hominum et mercatum eum, qui haberetur maximo ludorum apparatu totius Graeciae celebritate. Nam, ut illic alii corporibus exercitatis gloriam et nobilitatem coronae peterent; alii emendi aut vendendi quaeſtu et lucro ducerentur: eſſet autem quoddam genus eorum, idque vel maxime ingenuum, qui nec plauſum nec lucrum quaererent, ſed viſendi cauſa venirent ſtudioſeque perſpicerent, quid ageretur, et quo modo: ita nos quaſi in mercatus quandam celebritatem ex urbe aliqua, ſic in hanc vitam ex alia vita et natura profectos alios gloriae ſervire, alios pecuniae; raros eſſe quosdam qui, ceteris omnibus pro nihilo habitis, rerum naturam ſtudioſe intuerentur: hos ſe appellare ſapientiae ſtudioſos, id eſt enim philoſophos: et ut illic liberaliſſimum eſſet, ſpectare, nihil ſibi acquirentem, ſic in vita longe omnibus ſtudiis contemplationem rerum cognitionemque praeſtare.“ Nec vero Pythagoras nominis ſolum inventor, ſed rerum etiam ipſarum amplificator fuit. Qui quum poſt hunc Phliaſium ſermonem in Italiam veniſſet, exornavit eam Graeciam quae Magna dicta eſt, et privatim et publice, praeſtantiſſimis et inſtitutis et artibus. — *Tandem* Metaponti vitam edidit. Fin. 5, 2.

Πυθαγορας αχρι πολλου κατα την Ιταλιαν ουτως εθαυμαζετο, αυτος τε και συνοντες αυτῳ ἑταιροι, ὡςε και τας πολιτειας τοις απ᾽ αυτου επιτρεπειν τας πολεις. οψε δε ποτε εφθονηθησαν και συνεςη κατ᾽ αυτων επιβουλη τοιαδε τις. Κυλων ανηρ Κροτωνιατης κατα μεν το γενος και δοξαν προγονικην και βιου περιουσιαν παντας ὑπερβαλλων τους πολιτας, χαλεπος δ᾽ αλλως και τυραννικος, ουτος των τε αλλων ἁπαντων, ἁ εδοκει καλα, ἑαυτον ηξιου· ἡγειτο δε και της Πυθαγορου φιλοσοφιας αξιοτατον ειναι μετασχειν, προσεισι τῳ Πυθαγορᾳ ἑαυτον επαινων και βουλομενος συνειναι αυτῳ. ὁ δ᾽ ευθυς φυσιογνωμονησας τον ανδρα, Porphyr. de Pyth. 54.

δρα, και ὁποιος ην συνιδων εκ των σημειων, ἁ δια του σωματος εθηρα των προσιοντων, απιεναι εκελευσε και τα ἑαυτου πραττειν. Τουτο τον Κυλωνα ου μετριως ἐλυπησεν, ὡσπερ ὑβρισμενον και τα αλλα χαλεπον οντα και οργης ακρατη. Συναγαγων ουν τους φιλους διεβαλλε τον Πυθαγοραν και παρεσκευαζεν ὡς επιβουλευειν αυτω τε και τοις γνωριμοις. Τουντευθεν δ' — οἱ μεν φασι των ἑταιρων του Πυθαγορου συνηγμενων εν τη Μιλωνος οικια του αθλητου παντας πανταχη ενεπρησαν, αυτου τε κατελευσαν. Δικαιαρχος δε και οἱ ακριβεστεροι και τον Πυθαγοραν φασι παρειναι τη επιβουλη, και εις Μεταποντιον ελθειν. πανταχου γαρ εγενοντο μεγαλαι στασεις. Εν δε τη περι Μεταποντιον και Πυθαγοραν αυτον λεγουσι τελευτησαι, καταφυγοντα επι το Μουσων ἱερον, σπανει των αναγκαιων τεσσαρακοντα ἡμερας διαμειναντα,

Divin. 1, 3. Divinationi magnam auctoritatem Pythagoras ib. 2, 58. tribuit, qui etiam ipſe augur vellet eſſe. *Hinc etiam*, quo in ſomnis certiora videamus, praeparatos quodam cultu atque victu proficiſci ad dormiendum jubet.

Nat. d. 3, 36. Pythagoras, quum in Geometria quiddam novi inveniſſet (3), Muſis bovem immolaſſe dicitur; ſed id quidem non credo, quoniam ille ne Apollini quidem Delio hoſtiam immolare voluit, ne aram ſanguine reſpergeret (4).

Nat. d. 1, 11. Pythagoras, qui cenſuit, *deum* animum eſſe per naturam rerum omnem intentum et commeantem (5), ex

(3) *Εὑρων ὁτι του ορθογωνιου τριγωνου ἡ ὑποτεινουσα ισον δυναται ταις περιεχουσαις.* Plut. Sympoſ. 8. 2.

(4) Memoria lapſus dicitur Cicero, quum res a multis aliis ſic tradatur, eum aram Apollinis in Delo adoraſſe, quod in ea nullae victimae cruentae fierent. Sic e. g. Diog. L. l. 8, 13. *βωμον προσκυνησαι μονον εν Δηλω του Απολλωνος, δια το πυρους και κριθας, και τα ποπανα μονα τιθεσθαι επ' αυτου ανευ πυρος, ἱερειον δε μηδεν.*

(5) Lactant. div. inſt. 1, 5. Pythagoras ita definivit quid

ex quo nostri animi carperentur, non vidit, distractione humanorum animorum discerpi et lacerari Deum: et quum miseri animi essent (quod plerisque contingeret) tum Dei partem esse miseram: quod fieri non potest. Cur autem quidquam ignoraret animus hominis, si esset Deus? quomodo porro Deus iste, si nihil esset nisi animus, aut infixus aut infusus esset in mundo?

Ad harmoniam canere mundum, Pythagoras existimat. Nat. d. 3, 11.

Pythagoras primum, deinde Plato, animum in duas partes dividunt; alteram rationis participem faciunt, alteram expertem: in participe rationis ponunt tranquillitatem, id est, placidam quietamque constantiam: in illa altera motus turbidos tum irae, tum cupiditatis, contrarios inimicosque rationi. Tusc. 4, 5.

Vetat Pythagoras, injussu imperatoris, id est, Dei, de praesidio et statione vitae decedere. Senect. c. 20. Ab *eodem* doctissimo viro bene dictum est, tum maxime et pietatem et religionem versari in animis, quum rebus divinis operam daremus. Leg. 2, 11.

Pythagoras omnium inter omnia cognationem esse dicebat, et animorum commercium in alias atque alias formas transeuntium. Nulla, si illi credas, anima interit, nec cessat quidem, nisi tempore exiguo, dum in aliud corpus transfunditur. Videbimus per quas temporum vices et quando pererratis pluribus domiciliis in hominem revertatur: interim sceleris hominibus ac parricidii metum fecit, quum possint in parentis animam inscii incurrere, et ferro morsuve violare, in quo cognatus aliquis spiritus hospitaretur. Seneca Ep. 108.

D 4 Py-

quid esset Deus: Animus per universas mundi partes omnemque naturam commeans atque diffusus, quo omnia, quae nascuntur, animalia vitam capiunt.

Off. 1,17. Pythagoras ultimum in amicitia putavit, ut unus fiat ex pluribus. Unde est illa Pythagorae vox:
Leg. 1,12. τα των φιλων κοινα, και φιλιαν ισοτητα.
Nat. 1,26. Pythagoras celare solebat alienos (6).
Gellius l. 1, c. 9. Ordo atque ratio Pythagorae, ac deinceps familiae successionis ejus, recipiendi instituendique discipulos hujuscemodi fuisse traditur. Jam a principio adolescentes, qui sese ad discendum obtulerant, εφυσιογνωμονει. Id verbum significat, mores naturasque hominum conjectatione quadam de oris et vultus ingenio deque totius corporis filo atque habitu sciscitari. Tum, qui exceptus ab eo idoneusque fuerat, recipi in disciplinam statim jubebat, et tempus certum tacere, non omnes idem, sed alios aliud tempus pro aestimato captu sollertiae. Is autem qui tacebat, quae dicebantur ab aliis audiebat; neque percontari, si parum intellexerat, neque commentari, quae audierat, fas erat. Sed non minus quisquam tacuit quam biennium. Hi prorsus appellabantur intra tempus tacendi audiendique ακουστικοι; ast, ubi res didicerant rerum omnium difficillimas, tacere audireque, atque

(6) Huc pertinet etiam discipulorum in exotericos et esotericos divisio. *Meiners* V. C. censet (de vero Deo p. 286) ista disciplinae arcana fuisse secreta consilia, quae ad negotia publica, ad civitatum statum vel confirmandum vel immutandum, denique ad antiquas leges abrogandas sive novas etiam condendas pertinuerint. Vulgaris opinio est, arcana ista spectasse ad Physicam atque Theologiam. Sed utrumque conjungi debet, quum constet, esotericorum discipulorum Pythagorae tres fuisse classes, φυσικούς (qui etiam σεβαστικοι vocabantur) μαθηματικους et πολιτικούς. Ultimos enim hosce, non ad Exotericos, cum Scheffero, sed ad Esotericos esse referendos, post Bruckerum satis luculenter demonstravit Cl. *Tiedemann* de primis Graeciae philosophis p. 300.

que esse jam coeperant silentio eruditi, cui erat nomen *εχεμυθια*, tum verba facere et quaerere, quaeque audissent scribere, et quae ipsi opinarentur, expromere potestas erat. Hi dicebantur in eo tempore *μαθηματικοι*, ab his scilicet artibus, quas jam discere atque meditari inceptaverant; quoniam Geometriam et Gnomonicam, Musicam ceterasque item disciplinas altiores *μαθηματα* veteres Graeci appellabant. Exinde his scientiae studiis ornati ad perspicienda mundi opera et principia naturae procedebant, ac tunc denique nominabantur *φυσικοι*. — Id quoque non praetereundum est, quod omnes simul, qui a Pythagora in cohortem illam discipulorum recepti erant, quod quisque familiae pecuniaeque habebat, in medium dabant; et coibatur societas inseparabilis.

PYTHAGOREI.

Referta quondam Italia Pythagoreorum fuit, tum, quum erat in hac gente Magna illa Graecia; ex quo etiam quidam Numam Pompilium, regem nostrum, fuisse Pythagoreum ferunt, qui annis permultis ante fuit, quam ipse Pythagoras. de Orat. 2, 36.

Ενιοι των Πυθαγορειων ησαν πολιτικοι και αρχικοι. και γαρ νομους εφυλαττον, και πολεις Ιταλικας διωκησαν τινες, αποφαινομενοι μεν και συμβουλευοντες τα αριςα, ὡν ὑπελαμβανον, απεχομενοι δε δημοσιων προσοδων. πολλων δε γιγνομενων και αυτων διαβολων, ὁμως επεκρατει μεχρι τινος ἡ των Πυθαγορειων καλοκαγαθια και η των πολεων αυτων βουλησις, ὡς ὑπ' εκεινων οικονομεισθαι βουλεσθαι τα περι της πολιτειας. εν τουτῳ δε τῳ χρονῳ δοκουσιν αἱ καλλιςαι των πολιτειων εν Ιταλιᾳ γενεσθαι και εν Σικελιᾳ. Iamblich. 129.

Carminibus soliti illi esse dicuntur et praecepta quaedam occultius tradere, et mentes suas a cogita- Tusc. 4, 2.

 tio-

tionum intentione cantu fidibusque ad tranquillitatem traducere.

Fragm. p. 1100. Quum vinolenti adolescentes, tibiarum etiam cantu, ut fit, instincti mulieris pudicae fores frangerent, admonuisse tibicinam, ut spondeum caneret, Pythagoras dicitur. Quod quum illa fecisset, tarditate modorum et gravitate cantus, illorum furentem petulantiam resedisse.

Divin. 1, 30. Pythagoricis interdictum putatur, ne faba vescerentur, quod habet inflationem magnam is cibus, tranquillitati mentis, quaerentis vera, contrariam.

ib. 2, 58. *Et* utique abstinuere faba, quasi vero eo cibo mens, non venter infletur. Sed nescio quomodo nihil tam absurde dici potest, quod non dicatur ab aliquo philosophorum.

Diog. L. 8, 21. *Ὁ Αριςοξενος φησι παντα μεν τα αλλα συγχωρειν Πυθαγοραν εσθιειν εμψυχα, μονων δε αυτον απεχεσθαι αροτηρος βοος και κριου.*

Apud Iamblichum (85) inter alia dogmata Pythagorica affertur etiam hoc. — Εις μονα των ζωων ουκ εισερχεται ανθρωπου ψυχη, ἁ θεμις εςι τυθηναι· δια τουτο των θυσιμων χρη εσθιειν μονον, οἱς αν το εσθιειν καθηκη.

Iambl. 25 (108) *Πυθαγορας των Πολιτικων* (vid. p. 56. not. 6.) *τοις νομοθεταις προσεταξεν απεχεσθαι των εμψυχων. Τοις μεντοι αλλοις επετρεπε τινων ζωων απτεσθαι, ὁσοις ὁ βιος μη πανυ ην εκκεκαθαρμενος, και ἱερος και φιλοσοφος.*

ib. 227. *Τα κυριωτατα των δογματων, απορρητα εν ἑαυτοις διεφυλαττον ἁπαντες (Πυθαγορειοι) αει, μετα ακριβους εχεμυθιας προς τους εξωτερικους ανεκφορα διατηρουντες, και αγραφως εν μνημη τοις διαδοχοις ὡσπερ μυςηρια θεων μεταπαραδιδοντες. Διοπερ ουδεν εξεφοιτησε των λογου αξιων· επι δε των θυραιων, και, ὡς ειπειν, βεβηλων, δια συμβολων αλληλοις οἱ ανδρες ηνιττοντο, ὡν ιχνος εςι νυν, ἁ περιφερονται τα θρυλλουμενα·*

μενα· οἷον, πυρ μαχαιρη μη σκαλευε [μη καρδιαν εσθιειν, μηδ' επι χοινικος καθεζεσθαι, τας δε λεωφορους μη βαδιζειν, μηδε χελιδονας εν οικιαις δεχεσθαι vid. Porphyr. 42.] και τα τοιαυτα συμβολα, ἅπερ ψιλη μεν τη φρασει γραωδεσιν ὑποθηκαις εοικε· διαπτυσσομενα δε θαυμαστην τινα ωφελειαν παρεχεται τοις μεταλαβουσι.

Non probare soleo id, quod de Pythagoreis accepimus: quos ferunt, si quid affirmarent in disputando, quum ex iis quaereretur, quare ita esset, respondere solitos: Ipse dixit. Ipse autem erat Pythagoras. Tantum opinio praejudicata poterat, ut etiam sine ratione valeret auctoritas. Nat. d. 1, 5.

Audiebam Pythagoram Pythagoreosque, incolas paene nostros, qui essent Italici philosophi quondam nominati, nunquam dubitasse, quin ex universa mente divina delibatos animos haberemus. Senect. c. 21.

Pythagorei ex numeris et Mathematicorum initiis (¹) proficisci volunt omnia. Acad. 2, 37.

Ad Pythagoricae hujus de numeris doctrinae, si non clariorem, accurationem tamen notitiam comparandam, haud inutile erit addere nonnullos Sexti Empirici et Aristotelis locos. Prior itaque ita scribit:

Οἱ απο των Πυθαγορου ςοιχεια του κοσμου τους αριθμους ειναι λεγουσι. φασι γουν, ὁτι τα φαινομενα εκ τινος συνεςηκεν· ἁπλα δε ειναι δει τα ςοιχεια, αδηλα (i. e. μη φαινομενα visui non subjecta) αρα εςι τα ςοιχεια. Των δε αδηλων τα μεν εςι σωματα, ὡς οἱ ατμοι· τα δε ασωματα, ὡς αριθμοι. ὧν τα μεν σωματα εςι Pyrrh. H. l. 3. c. 18.

(1) *Initiis* i. e. elementis, punctis puta et lineis. Docebant enim Pythagorei, αρχην των ἁπαντων μοναδα· εκ δε της μοναδος δυαδα· εκ δε της μοναδος και της δυαδος τους αριθμους· εκ δε των αριθμων τα σημεια (puncta) εκ δε τουτων τας γραμμας· εξ ὧν τα επιπεδα σχηματα· εκ δε τουτων τα ςερεα σωματα. Ita Diog. Laert. l. 8, 25.

εϛι συνθετα, εκ τε μηκους και πλατους και βαθους· ου μονον αρα αδηλα, αλλα και ασωματα εϛι τα ϛοιχεια.

Id. adverſ. Math. IV, 2. *Πυθαγορικοι μεγαλην απονεμουσι δυναμιν τοις αριθμοις· ὁθεν και αει επεφωνουν,*

Τῳ αριθμῳ δε τα παντ᾽ επεοικεν,

ομνυοντες ου μονον τον αριθμον, αλλα και τον ὑποδειξαντα αυτοις τουτον, Πυθαγοραν, ὡς θεον, δια την εν Αριθμητικη δυναμιν, λεγοντες·

Ου μα τον ἁμετερα ψυχα παραδοντα τετρακτυν,
Πηγην, αενναου φυσεως ριζωματ᾽ εχουσαν.

Τετρακτυς δε προσηγορευετο παρ᾽ αυτοις ὁ εκ των πρωτων αριθμων συγκειμενος τεσσαρων αριθμος (2)*· ἑν γαρ και δυο και τρια και τεσσαρα γινεται δεκα· ὁς εϛι τελειοτατος αριθμος· επειπερ επ᾽ αυτον φθασαντες παλιν αναλυομεν επι την μοναδα, και εξ ὑπαρχης ποιουμεθα τας αριθμησεις. Πηγην δε αενναου φυσεως ριζωματ᾽ εχουσαν ειρηκασιν αυτον*
p. 154. *δια το κατ᾽ αυτους εν αυτῳ τον λογον της ἁπαντων κεισθαι συϛασεως, και παροσον κατ᾽ αυτους ὁ συμπας*
p. 426. *κοσμος κατα ἁρμονιαν διοικειται. — φασι δε, εν ταις αρχαις ταυταις τον μεν του δρωντος αιτιου λογον επεχειν την μοναδα· τον δε της πασχουσης ὑλης την δυαδα.*

Ariſtot. Metaph. 1, 5. *Πυθαγορειοι των μαθηματων ἁψαμενοι πρωτοι, ταυτα προηγον, και, εντραφεντες εν αυτοις, τας τουτων*

αρχας

(2) Si igitur celebratiſſima iſta Tetractys complexus quatuor priorum numerorum fuit, graviter errarunt veterum et recentiorum plurimi, qui eam quaternarium numerum eſſe crederent, et cum Tetrade confunderent. Sic jam Macrobius (in Somn. Scip. I, 1.): *numerum quaternarium Pythagorei, quem τετρακτυν vocant, adeo quaſi ad perfectionem animae pertinentem inter arcana venerantur, ut ex eo et jurisjurandi religionem ſibi fecerint.* Ceterum ipſum illud jusjurandum non omnes cum Sexto Empirico interpretantur. Huic enim quum ὁ *παραδους τετρακτυν* ſit Pythagoras, alii potius ipſum deum intelligunt, qui Tetractyn animo noſtro inſeruerit.

ἀρχὰς τῶν ὀντων ἀρχας ᾠηθησαν ειναι παντων.
Επει δε τουτων οἱ αριθμοι φυσει πρωτοι, εν δε τοις αριθμοις εδοκουν θεωρειν ὁμοιωματα πολλα τοις ουσι και γιγνομενοις, μαλλον η εν πυρι και γῃ και ὑδατι· ετι δε και των ἁρμονικων εν αριθμοις ὁρωντες και τα παθη και τους λογους· επειδη τα μεν αλλα τοις αριθμοις εφαινετο την φυσιν αφωμοιωσθαι πασιν, οἱ δε αριθμοι πασης της φυσεως πρωτοι· τα των αριθμων ςοιχεια των οντων ςοιχεια παντων ειναι ὑπελαβον· και τον ὁλον ουρανον ἁρμονιαν ειναι και αριθμον.

Obſcuriſſima ſane eſt Pythagorae Phyſica atque Theologia Arithmetica, in qua declaranda multi eruditiſſimi viri deſudarunt nec raro ad nugas delapſi ſunt. Lectu tamen digniſſimus eſt Cl. Tiedemann, qui in libro ſaepius laudato Pythagorae quoque diſciplinam et praecipue hanc de numeris, rerum omnium elementis, doctrinam explanare ſtudet. (Conf. ejusdem hiſtoria philoſophiae, itemque Buhle *et* Tennemann.) *Verum enim vero omnia hujus doctrinae capita ad liquidum unquam perductum iri, equidem deſpero, idque eo magis, quum jam ipſi olim Pythagorei non una ratione inter ſeſe diſſenſerint. Nec mira deberet eſſe hujus doctrinae obſcuritas, ſi, ut multis videtur, illius explicatio eſotericae Pythagorae diſciplinae reſervata fuit. Attamen et nos, ni fallor, multo clariorem harum rerum cognitionem habituri eſſemus, ſi Arithmetices et Muſices antiquiſſimae rationem accurratius perſpectam haberemus. Credo enim, Pythagoram cujus temporibus lingua graeca nondum ad uſum philoſophiae ſatis exculta erat, ſuas de primis rerum elementis atque principiis cogitationes comparationibus ex Matheſi et Muſica petitis, quantum fieri poſſet, explanare voluiſſe, quum incommoda perſpiceret, quae ex allegorica methodo orirentur, quia, eadem linguae tunc temporis*

ege-

egestate et poëtica magis quam philosophica facultate coacti, omnes ante Pythagoram philosophi, inprimis praeceptor ejus Pherecydes, usi erant, immo post eum etiam utebantur nonnulli ut e. g. Heraclitus. Ceterum fuerunt, qui non male forsan cum Pythagorae numeris conferri posse existimarint Leibnitii monadas; nec tamen negari potest, Pythagoreos multo obscurius, minusque accurate ob sermonis philosophici defectum locutos esse; quo accedit, quod non ab omnibus Pythagoreis ipsius Pythagorae doctrinam satis intellectam esse certissimum est.

Ut emersa tandem ex his numerorum salebris recreetur rursus mens, age audiamus Ciceronem narrantem egregium amicitiae Pythagoricae exemplum. Mutuam enim amicitiam ab asseclis hujus sectae religiose cultam esse, satis constat.

Off. 3, 10. Damonem et Phintiam, Pythagoreos, ferunt hoc animo inter se fuisse, ut, quum eorum alteri Dionysius tyrannus diem necis destinavisset, et is, qui morti addictus esset, paucos sibi dies commendandorum suorum causa postulavisset, vas factus sit alter ejus sistendi; ut, si ille non revertisset, moriendum esset ipsi. Qui quum ad diem se recepisset, admiratus eorum fidem tyrannus petivit, ut se ad amicitiam tertium adscriberent.

Senect. 11. Pythagoreorum more, exercendae memoriae gratia, quid quoque die dixerim, audierim, egerim, commemoro vesperi.

Iambl. 165. *Οἱ Πυθαγορειοι ετιμων σφοδρα την μνημην, και πολλην αυτης εποιουντο γυμνασιαν τε και επιμελειαν, και των καθ᾽ ἡμεραν λεγομενων αναμνησιν τονδε τον τροπον. Πυθαγορειος ανηρ ου προτερον εκ της κοιτης ανιςατο η τα χθες γενομενα προτερον αναμνησθειη. εποιειτο δε την αναμνησιν τονδε τον τροπον, επειρατο αναλαμβανειν τη διανοια, τι πρωτον ειπεν, η ηκουσεν ἠ προσεταξε τοις ενδον, αναςας, η τι δευτερον η τι τριτον,*

και

και περι των εσομενων ὁ αυτος λογος, και παλιν αυ εξιων, τινι πρωτω ενετυχεν, η τινι δευτερω, και λογοι τινες ελεχθησαν πρωτοι η δευτεροι η τριτοι. παντα δε επειρατο αναλαμβανειν τη διανοια τα συμβαντα ἐν ὅλη τη ἡμερα, ουτω τη ταξει προθυμουμενος αναμιμνησκεσθαι, ὡσπερ συνεβη γενεσθαι ἑκαςον αυτων.

Προ μεν ουν του ὑπνου ταυτα ἑαυτῳ τα επη επαδει ἑκαςος.

Μηδ᾽ ὑπνον μαλακοισιν ἐπ᾽ ομμασι προσδεξασθαι, Carmen Aureum.
Πριν των ἡμερινων ἐργων τρις ἑκαςον επελθειν.
Πη παρεβην; τι δ᾽ ερεξα; τι μοι δεον ουκ ετελεσθη;
Αρξαμενος δ᾽ απο πρωτου ἐπεξιθι και μετεπειτα,
Δειλα μεν εκπρηξας, επιπλησσεο, χρηςα δε τερπευ.

Pythagoreorum disciplina extincta est quodammodo, quum aliquot secula in Italia Siciliaque viguisset. de Univ. c. 1.

Inter Pythagoreos excelluere Empedocles, *(qui tamen strictiori sensu illis annumerari non potest)* Epicharmus, Alcmaeo, Archytas, Philolaus, Timaeus, *de quibus pauca erunt addenda.*

Quos *φυσικους* Graeci nominant, iidem poëtae, quoniam Empedocles physicus egregium poëma fecit. de Or. 1, 50.

Empedocles multa alia peccans in deorum opinione turpissime labitur; quatuor enim naturas, ex quibus omnia constare censet, divinas esse vult. Nat. d. 1, 12.

Agrigentinum doctum quendam virum (1) carminibus Graecis vaticinatum ferunt, quae in rerum natura totoque mundo constarent, quaeque moverentur, ea contrahere amicitiam, dissipare discordiam. Amic. c. 7.

Εδοκει

(1) De Empedocle sermonem esse, docet partim epitheton Agrigentini (talis enim erat Empedocles) partim ipsum celebratissimum dogma de elementorum amicitia atque discordia, de cujus tamen obscuritate jam queritur Aristoteles.

Diog. L. l. 7. I. 76. *Εδοκει αυτῳ ταδε· ϛοιχεια μεν ειναι τετταρα. πυρ, υδωρ, γην, αερα· Φιλιαν τε, ῃ συγκρινεται, και Νεικος, ῳ διακρινεται.*

Sextus Emp. adv. Math. 9, 10. *Συν τοις τεσσαρσι ϛοιχειοις το νεικος και την φιλιαν καταριθμειται Εμπεδοκλης· την μεν φιλιαν, ὡς συναγωγον αιτιαν, το δε νεικος ὡς διαλυτικην.*

Suid. in *Μανης*. *Εμπεδοκλης δυο αρχας λεγει αντικειμενας αλληλαις, νεικος και φιλιαν* (2).

Ac. 1, 13. et 2, 23. Empedocles nihil sciri posse dixit, et parum magnam vim in sensibus esse ad ea, quae sub eos subjecta sint, judicanda. ib. 2, 5. *Quare* abstrusa esse omnia, nihil nos sentire, nihil cernere, nihil omnino, quale sit, posse reperire.

Tusc. 1, 9. Empedocles animum esse censet cordi suffusum sanguinem (3).

Mors Empedoclis diverse narratur. Vulgarem narrationem, a multis tamen rejectam, sequitur Horatius (Ars poet. 465).

— — Si-

(2) Non tamen duas naturas efficientes esse docuit Empedocles, ut credidit eum multis aliis Suidas, qui eum Manetis antecessorem fuisse credit. Sed, ut recte Bruckerus, (T. 1. p. 1115.): „nihil aliud asseruit, quam „quod vetus theologia barbarorum et Graecorum docuerat, in chao confusa jacuisse rerum omnium semina inter se diversissima, qualitatibus induta sibimet contrariis, quae quum semel commotae essent, „ortam inde Pugnam et Discordiam, quae quum diu „inter ea obtinuisset, junctas tandem esse particulas „homogeneas et natura sua inter se concordantes, diffluentibus heterogeneis." vid. etiam Mosheim ad Cudworth. p. 160.

(3) Secundum Plutarchum (Plac. Phil. 4, 5. et ap. Euseb. Praep. E. l. 1. c. 8) non ipsum sanguinem statuit esse animum, sed sedem illius esse in sanguine. Distinxisse autem videtur hanc sensitivam et inferiorem hominis animam ab alia superiori ex divina mundi anima decerpta, et ad eam aliquando reditura. vid. Brucker. T. 1. p. 1117.

— — Siculique poetae
Narrabo interitum. Deus immortalis haberi
Dum cupit Empedocles, ardentem frigidus Aetnam
Insiluit.

Epicharmi, acuti nec insulsi hominis, ut Siculi (4), sententia est: Tusc. 1,8.

Emori nolo, sed me esse mortuum nihili aestimo (5).

Alcmaeo Crotoniates soli et lunae reliquisque sideribus, animoque praeterea divinitatem tribuit (6). Nat. d. 1, 11.

Ἀλκμαιων φησι ψυχην αθανατον ειναι δια το εοικεναι τοις αθανατοις· τουτο δ' ὑπαρχειν αυτη, ὡς αει κινουμενη· κινεισθαι δε και τα θεια απαντα συνεχως αει, σεληνην, ἡλιον, αςερας, και τον ουρανον ὁλον. Arist. de An. 1, 2.

Tarentum ad Archytam peragravit Plato. Ad eundem scripsit, non sibi se soli natum meminerit, sed patriae, sed suis. Fin. 5,29. et 2, 14.

Laudatur illud Archytae; qui, quum villico factus esset iratior, quo te modo, inquit, accepissem, nisi iratus essem. Tusc. 4, 36.

In libro de Senectute (c. 12.) *Cato major ita loquitur:* Accipite optimi adolescentes veterem orationem Archytae Tarentini, magni inprimis et praeclari

(4) Non tamen in Sicilia sed in insula Co natus erat. Sed vix trimestris in Siciliam delatus est, ibique vixit regnante Hierone. Non solum autem philosophus Pythagoricus fuit, sed poeta etiam comicus veteris comoediae, diciturque Pythagorica nonnulla in theatro vulgasse.

(5) Secundum Sextum Emp. ita dixit, nisi forte plane alius versus est: αποθανειν η τεθναναι ου μοι διαφερει.

(6) Propter inhaerentem illis animam mundi.

clari viri, quae mihi tradita est, quum essem adolescens Tarenti cum Q. Maximo. Nullam capitaliorem pestem, quam corporis voluptatem hominibus dicebat a natura datam; cujus voluptatis avidae libidines temere et effrenate ad potiundum incitarentur. Hinc patriae proditiones, hinc rerum publicarum eversiones, hinc cum hostibus clandestina colloquia nasci: nullum denique scelus, nullum malum facinus esse, ad quod suscipiendum non libido voluptatis impelleret: stupra vero et adulteria, et omne tale flagitium nullis illecebris excitari aliis, nisi voluptatis. Quumque homini sive natura sive quis deus nihil mente praestabilius dedisset, huic divino muneri ac dono nihil esse tam inimicum quam voluptatem. Haec cum C. Pontio Samnite locutum Archytam Nearchus Tarentinus, hospes noster, se a majoribus natu accepisse dicebat, quum quidem ei sermoni interfuisset Plato Atheniensis.

Qr. 3, 35. Diog. L. l. 8, f. 85.

Philolaum Archytas Tarentinus instituit.

Την γην κινεισθαι κατα κυκλον πρωτον ειπειν φασιν Φιλολαον· οἱ δε Ἱκεταν Συρακουσιον φασιν.

Huic ipsi Hicetae hanc non a Copernico demum inventam doctrinam de motu terrae tribuit Cicero. Pythagoreum autem fuisse Hicetam hunc, jam ex ipso dogmate verisimillimum (7). Docebantur enim in schola Pythagorae non eadem quidem, sed similia tamen (8). Ecce autem Ciceronis verba.

Hice-

(7) Diserte Pythagoreum eum vocant Plutarchus de Plac. Phil. l. 3. c. 9. et Euseb. Praep. Ev. l. 15, 55. Nam non dubitandum, quin apud illum *Οικετης* et hunc *Ἱκάιτης* mendose pro *Ἱκετας* legatur, sicut olim in ipso Ciceronis loco vitiose legebatur *Nicetas.*

(8) De systemate mundi Pythagorico legatur Cl. *Tiedemann*

Hicetas Syracusius, ut ait Theophrastus, coelum, solem, lunam, stellas, supera denique omnia, stare censet; neque, praeter terram, rem ullam in mundo moveri: quae quum circum axem se summa celeritate convertat et torqueat, eadem effici omnia, quasi stante terra coelum moveretur. Acad. 2, 39.

Eudoxus Platonis auditor (9), in astrologia, judicio doctissimorum hominum, facile princeps, sic opinatur, id quod scriptum reliquit: Chaldaeis in praedictione et in notatione cujusque vitae ex natali die minime esse credendum. Divin. 2, 42.

Timaei Locri, cujus adhuc exstat liber περι ψυχας κοσμω, *Cicero* (Fin. 5, 29.) *inter alios Pythagoreos, a Platone visos, mentionem facit; sed Ocelli Lucani, Archyta, ut credunt, antiquioris, nulla apud eum mentio est, quanquam sub illius nomine exstet liber* περι της του παντος φυσεως. *Hujus libri* αυθεντιαν *impugnat Meiners* (de vero Deo p. 312 sqq.) *sed defendit Tiedemann* l. l. p. 191 sqq. *Ibidem quoque antiquitatem libri Timaei ostendit.*

Idem tamen seriori opere: Geschichte der spekulativen Philosophie B. 1. S. 89 sqq. *suam de Timaei*

 atque

mann l. l. p. 446. sqq. Non autem circa solem terram moveri credebant, quam doctrinam multi Pythagoreis falso vindicant, sed circa ignem in centro mundi positum. Immo ipsum solem simul cum terra circa hunc ignem centralem moveri credebant nonnulli, interque eos ipse Philolaus iste. De hoc enim Plutarchus cum aliis ita: οἱ μεν αλλοι μενειν την γην· Φιλολαος δε ὁ Πυθαγορειος κυκλῳ περιφερεσθαι περι το πυρ κατα κυκλον λοξον, ὁμοιοτροπως ἡλιῳ και σεληνῃ. (Plac. Phil. 3, 13)

(9) Pythagoreum eum fuisse, Socraticorum gloria excitatum ut in Graeciam ad Platonem proficisceretur, testatur Diogenes Laert.

atque Ocelli libro sententiam mutavit, et novis eorundem genuinam originem argumentis impugnavit.

Nec praetereundam hoc loco Carmen aureum, quod ex Pythagoreorum schola profectum esse omnes fere consentiunt, quamvis dissentiant de auctore, quem alii Pythagoram ipsum, alii Empedoclem, alii Epicharmum, alii Philolaum etc. fuisse credunt. Hierocles, illius interpres, appellat illud non unius Pythagorici, sed ὁλου του ἱερου συλλογου αποφθεγμα κοινον.

III. ELEATICI.

Ac. 2, 42. Horum princeps fuit Xenophanes; deinde eum secuti Parmenides et Zeno. Itaque ab his Eleatici (1) philosophi nominabantur.

XENOPHANES.

Ac. 2, 37. Xenophanes, paullo antiquior quam Anaxagoras, dixit, unum esse omnia neque id esse mutabile; et id esse Deum, neque natum usquam, et sempiternum, conglobata figura.

Nat. d. 1, 11. Xenophanes, mente adjuncta omne praeterea, quod esset infinitum, deum voluit esse.

Simplic. Το ἑν τουτο και παν θεον ελεγεν ὁ Ξενοφανης.

Sext. Emp. P. H. 1, 33. Εδογματιζε δε ὁ Ξενοφανης, ἑν ειναι το παν και τον θεον συμφυη τοις πασι· ειναι δε σφαιροειδη, και απαθη, και αμεταβλητον, και λογικον.

Plut. ap. Euseb. Ξενοφανης ὁ Κολοφωνιος ιδιαν τινα ὁδον πεπορευμενος, ουτε γενεσιν ουτε φθοραν απολειπει· αλλ᾽ ειναι λεγει το παν αει ὁμοιον.

Co-

(1) Elea enim, Graeciae Magnae urbs, patria fuit Parmenidis atque Zenonis. Ipse quoque Xenophanes, quanquam Colophone in Asia natus, inter alias Italiae urbes Eleae quoque commoratus est.

Colophonius Xenophanes unus, qui deos esse diceret, divinationem funditus sustulit (2). Div. 1, 3.

Habitari ait Xenophanes in luna, eamque esse terram multarum urbium et montium. Ac. 2, 39.

PARMENIDES.

Vellejus Epicureus de Parmenide ita loquitur: Parmenides commenticium quiddam coronae simile efficit (Stephanen appellat), continentem ardore lucis orbem, qui cingit coelum; quem appellat Deum; in quo neque figuram divinam neque sensum quisquam suspicari potest; multaque ejusdem monstra; quippe qui bellum, qui discordiam, qui cupiditatem, ceteraque generis ejusdem ad deum revocat; quae vel morbo, vel somno, vel oblivione, vel vetustate delentur: eademque de sideribus, quae reprehensa jam in alio loco, in hoc omittantur. Nat. d. 1, 11.

Stobaeus hanc obscuram Parmenidis doctrinam ita describit: Παρμενιδης φησι, στεφανας ειναι περιπεπλεγμενας, επαλληλους, την μεν εκ του αραιου, την δε εκ του πυκνου· μικτας δε αλλας εκ φωτος και σκοτους μεταξυ τουτων, και το περιεχον δε πασας, τειχους δικην, στερεον ὑπαρχειν, ὑφ᾽ ᾧ πυρωδης στεφανη· των δε συμμιγων την μεσαιτατην ἁπασαις τοκεα κινησεως ὑπαρχειν, ἡντινα και Δαιμονα, και κυβερνητιν, και κληρουχον επονομαζει, δικην τε και αναγκην. Eclog. Phys. p. 50.

Parmenides *rerum principium statuit* ignem, qui moveat terram, quae ab eo formetur. Ac. 2, 37.

Παρμενιδης θερμον και ψυχρον αρχας ποει, ταυτα δε προσαγορευει πυρ και γην. Arist. Phys. 1, 5.

(2) Sensus est, neminem ex iis, qui deos esse crediderint, praeter unum Xenophanem, divinationem sustulisse. Loquitur autem Q. Cicero, divinationis patronus.

Diog. L. 9, 21. 22. *Δυο ειναι ςοιχεια απεφηνε, πυρ και γην· και το μεν, δημιουργου ταξιν εχειν· την δε ὑλης. — Και αυτος δε δια ποιηματων φιλοσοφει, καθαπερ Ἡσιοδος τε και Ξενοφανης και Εμπεδοκλης. — Εις τουτον και Πλατων τον διαλογον γεγραφε, Παρμενιδην επιγραψας, η Περι ιδεων.*

Ac. 2, 23. Parmenides et Xenophanes, minus bonis quanquam verſibus, ſed tamen illis verſibus increpant eorum arrogantiam, quaſi irati, qui, quum ſciri nihil poſſit, audeant, ſe ſcire, dicere.

MELISSUS.

Ac. 2, 37. Meliſſus hoc quod eſſet infinitum et immutabile et fuiſſe ſemper et fore *dixit.*

Diog. L. l. 9. ſ. 24. *Μελισσος Σαμιος, Οὑτος ηκουσε Παρμενιδου· εδοκει δεαυτω το παν απειρον ειναι, και αναλλοιωτον, και ακινητον, και ἑν, ὁμοιον ἑαυτω, και πληρες. Κινησιν δε μη ειναι, δοκειν δε ειναι.*

Arist. de Coel. *Οἱ μεν ανειλον ὁλως γενεσιν, και φθοραν· ουδεν γαρ ουτε γιγνεσθαι φασιν, ουτε φθειρεσθαι των οντων, αλλα μονον δοκειν ἡμιν, οἱον οἱ περι Μελισσον τε και Παρμενιδην.*

ZENO ELEATES.

Nat. d. 3, 33. Zenonem Eleae in tormentis necatum accepimus.
Tuſc. 2, 2. — Perpeſſus eſt omnia potius, quam conſcios delendae tyrannidis indicaret.

Suid. *Ζηνων μαθητης Παρμενιδου· Τουτον φασιν εὑρετην ειναι διαλεκτικης. Καθελειν δε θελησας Νεαρχον, (οἱ δε Διομεδοντα) τον Ελεας τυραννον, ἑαλω. Και ἐρωτωμενος ὑπ᾽ αυτου την γλωτταν αὑτου ενδακων και αποτεμων προσεπτυσε τω τυραννω, και εν ὁλμω βληθεις συνετριφθη πτισσομενος.*

Ariſtoteles ſingulari ſcripto Zenonis dogmata explicat, ubi inter alia: Αδυνατον φησιν ειναι, ειτι

εςι,

ἐστι, γενεσθαι. — ῥᾴδιον ειναι τον θεον· ει δ᾽ εστιν ὁ θεος ἁπαντων κρατιστον, ἑνα φησιν προσηκειν αυτον· ει γαρ δυο και ετι πλειους ειεν, ουκ αν ετι κρατιστον και βελτιστον αυτον ειναι παντων. — ἑνα δ᾽ οντα ὁμοιον ειναι παντη, ὁραν τε και ακουειν τας τε αλλας αισθησεις εχοντα παντη. παντη δ᾽ ὁμοιον οντα σφαιροειδη ειναι, ουτ᾽ απειρον ουτε πεπερασθαι. — ἑν γαρ ουκ εχοι, προς ὁ, τι περανει. Το δη τοιουτον ον, ἑν ον, τον θεον ειναι λεγει, ουτε κινεισθαι ουτε ακινητον ειναι. — Σωμα δε λεγει ειναι τον θεον, ειτε δε τοδε το παν, ειτε ὁ, τι δηποτε αυτος λεγων.

IV. HERACLITUS.

Est apud Heraclitum physicum de principe Ephesiorum Hermodoro: Universos Ephesios esse morte multandos, quod, quum civitate expellerent Hermodorum, ita locuti sint: Nemo de nobis unus excellat: sin quis exstiterit, alio in loco et apud alios sit. Tusc. 5, 36.

Valde Heraclitus obscurus, et consulto dicit occulte. *Quare* cognomento σκοτεινος perhibetur, quia de natura nimis obscure memoravit. Div. 2, 64. Nat. 1, 26. Fin. 2, 5.

Multorum veterum philosophorum sententia fuit, omnia ita fato fieri, ut id fatum vim necessitatis afferret, in qua sententia et Heraclitus fuit. Fat. 17.

Heraclitus ignem dixit esse, e quo omnia gignerentur. Ac. 2, 37.

Εδοκει αυτῳ, εκ πυρος τα παντα συνεσταναι, και εις τουτο αναλυεσθαι· παντα τε γινεσθαι καθ᾽ εἱμαρμενην· και παντα ψυχων ειναι και δαιμονων πληρη· — ὁτι τε ὁ ἡλιος εστι το μεγεθος, οἱος φαινεται· — και ρειν τα ὁλα ποταμου δικην. Diog. L. l. 9. f. 6.

Λεγει που Ἡρακλειτος, ὁτι παντα χωρει και ουδεν μενει· και ποταμου ροῃ απεικαζων τα οντα, λεγει, ὡς δις εις τον αυτον ποταμον ουκ αν εμβαιης. Plat. Cratyl.

Seneca Ep. 58. Ego ipſe, dum loquor mutari iſta, mutatus ſum. Hoc eſt quod ait Heraclitus: In idem flumen bis non deſcendimus.

Inter illius fragmenta a Stephano collecta exſtat et hoc: Κοσμον τον αυτον ἁπαντων ουτε τις θεων ουτε ανθρωπων εποιησεν· αλλ᾽ ην αει, και εςι, και εςαι, πυρ αει ζωον.

Nat. d. 3, 14. Heraclitum non omnes interpretantur uno modo, qui quoniam, quid diceret, intelligi noluit, omittamus.

V. DEMOCRITICI.

LEUCIPPUS.

Ac. 2, 37. Leucippus plenum et inane dixit eſſe, e quo omnia gignerentur.

Diog. 9, 30. Λευκιππος, Ελεατης, ὡς δε τινες Αβδηριτης. κατ᾽ ενιους δε Μηλιος. Οὗτος ηκουσε Ζηνωνος *). ηρεσκε δε αυτῳ, απειρα ειναι τα παντα, και εις αλληλα μεταβαλλειν· το τε παν ειναι κενον και πληρες σωματων· τους τε κοσμους γιγνεσθαι, σωματων εις το κενον εμπιπτοντων, και αλληλοις περιπλεκομενων. πρωτος ατόμους αρχας ὑπεςησατο.

Ariſtot. Λευκιππος δε και ὁ ἑταιρος αυτου Δημοκριτος ςοιχεια μεν το Πληρες και το Κενον ειναι φασι. — περι δε κινησεως, ὁθεν η πως ὑπαρχει τοις ουσι, και ουτοι παραπλησιως τοις αλλοις ραθυμως αφησαν.

DEMO-

(*) Referunt vulgo Leucippum atque Democritum ad philoſophos Eleaticos, ſed immerito, quum horum diſciplinae multa e diametro, ut ajunt, oppoſita, docuerint. Quin etiam ob temporum rationes haud veriſimile videtur Cel. *Meinerſio* (de vero deo p. 342), fuiſſe Leucippum Zenonis diſcipulum.

DEMOCRITUS.

Democritus (vere falsone non quaeremus) dicitur oculis se privasse. Certe, ut quam minime animus a cogitationibus abduceretur, patrimonium neglexit, agros deseruit incultos, quid quaerens aliud nisi beatam vitam? Quam si etiam in rerum cognitione ponebat, tamen ex illa investigatione naturae consequi volebat, ut esset bono animo. Eterim ille summum bonum *εὐθυμίαν* et saepe *ἀθαμβίαν* appellat, id est, animum terrore liberum. Sed haec etsi praeclare, nondum tamen et perpolita: pauca enim, neque ea ipsa enucleate ab hoc de virtute dicta. Fin. 5, 29.

Democritus, luminibus amissis, alba scilicet discernere et atra non poterat; at vero bona, mala: aequa, iniqua; honesta, turpia; utilia, inutilia; magna, parva poterat; et sine varietate colorum licebat vivere beate, sine notione rerum non licebat. Atque hic vir impediri etiam animi aciem aspectu oculorum arbitrabatur: et quum hi (1) saepe, quod ante pedes esset, non viderent, illa infinitatem omnem peragrabat, ut nulla in extremitate consisteret. Tusc. 5, 39.

Quid de Pythagora, quid de Platone aut Democrito loquar, a quibus propter discendi cupiditatem videmus ultimas terras esse peragratas. Fin. 5, 19.

Φασι αποδημησαι αυτον, και εις Αιγυπτον προς τους Ἱερεας, γεωμετριαν μαθησομενον, και προς Χαλδαιους εις την Περσιδα, και εις την ερυθραν θαλασσαν γενεσθαι. τοις τε γυμνοσοφισαις φασι τινες συμμιξαι αυτον εν Ινδια, και εις Αιθιοπιαν ελθειν. Τριτον δε οντα αδελφον νειμασθαι την ουσιαν· και οἱ μεν πλειους φασι, την ελαττω μοιραν ἑλεσθαι, την εν αργυριῳ, χρειαν εχοντα κατ' αποδημιαν. ὁ δε Δημητριος Diog. l. 9. f. 34.

(1) *Hi* (oculi) ut oppositum sit *illa* (animi acie). Secutus sum Davisium, quem vide. Vulgo legitur: *alli — ille — peregrinabatur.*

μητριος ὑπερ ἑκατον ταλαντα φησιν ειναι αυτῳ το μερος, ἁπαντα δε καταναλωσαι.

Tusc. 5, 36. Veni Athenas, inquit Democritus, neque me quisquam ibi agnovit.

de Or. 1, 11. Ornate locutus est, sicut fertur et mihi videtur, physicus ille Democritus.

Div. 2, 64. Or. 20. Valde Heraclitus obscurus, minime Democritus. *Sed* video visum esse nonnullis, Platonis et Democriti locutionem, etsi absit a versu, tamen quod incitatius feratur, et clarissimis verborum luminibus utatur, potius poëma putandum, quam comicorum poetarum.

Ac. 2, 37. Democritus Leucippo in hoc, *quod docuit Plenum et Inane*, similis, uberior in ceteris.

Nat. d. 1, 24. Democritus, sive etiam ante Leucippus, *censuit*, esse corpuscula quaedam laevia, alia aspera, rotunda alia, partim autem angulata, curvata quaedam et quasi adunca: ex his effectum esse coelum atque terram, nulla cogente natura, sed concursu quodam fortuito.

Ac. 2, 38. Asperis et laevibus et hamatis uncinatisque corporibus concreta haec esse dixit, interjecto Inani.

Fin. 1, 6. Democritus atomos, quas appellat, id est, corpora individua propter soliditatem, censet in infinito Inani, in quo nihil nec summum, nec infimum, nec medium nec ultimum, nec extremum sit, ita ferri, ut concursionibus inter se cohaerescant; ex quo efficiantur ea, quae sint, quaeque cernantur, omnia; eumque motum atomorum nullo a principio, sed ex aeterno tempore intelligi convenire. Epicurus autem, in quibus sequitur Democritum, non fere labitur, quanquam utriusque quum multa non probo, tum illud in primis, quod, quum in rerum natura duo quaerenda sint, unum quae materia sit, ex qua quaeque res efficiatur, alterum, quae vis sit, quae quidque efficiat, de materia disseruerunt, vim et causam

effi-

efficiendi reliquerunt. Sed hoc commune vitium: aliae Epicuri propriae ruinae (2).

Democritum magnum quidem illum virum, sed laevibus et rotundis corpusculis efficientem animum concursu quodam fortuito, omittamus. Nihil est enim apud istos, quod non atomorum turba conficiat. Nat. d. 1, 11.

Democritus, auctor atomorum, accipere maluit, necessitate omnia fieri, quam a corporibus individuis naturales motus avellere. Fat. 10.

Mihi quidem etiam Democritus, vir magnus inprimis, cujus fontibus Epicurus hortulos suos irrigavit, nutare videtur in natura Deorum. Tum enim censet, imagines divinitate praeditas inesse universitati rerum; tum principia, mentesque, quae sunt in eodem universo, Deos esse dicit: tum animantes imagines, quae vel prodesse nobis solent, vel nocere: tum ingentes quasdam imagines, tantasque, ut universum mundum complectantur extrinsecus (3). Quae quidem omnia sunt patria Democriti (4), quam Democrito digniora. Quis enim istas imagines comprehendere animo potest? quis admirari? quis aut cultu aut religione dignas judicare? Nat. d. 1, 43.

Δημο-

(2) Infra, ubi ad Epicureorum sectam delati fuerimus, fusius describentur immutationes disciplinae Democriti, ab Epicuro institutae.

(3) Vid. quae de hoc Ciceronis loco monuit *Mosheim* ad Cudworth p. 847. Ostendit haec omnia, de quibus Cicero tanquam diversis naturis loquitur, unum tantum genus esse, illas nempe naturas, quae εἴδωλα i. e. simulacra vocabat Democritus.

(4) Patria Democriti erat Abdera, ob incolarum stoliditatem memorabilis. Quare Cicero de Nat. deor. l. 1. „Equi certe in proximis Abderae pascuis in rabiem „vertuntur, quod coeli vitium etiam humanas mentes „afficit." — Et Epist. ad Att. l. 7. 7. „A multis audio, „constitutum esse Pompejo, in Siciliam me mittere, „Id est αβδηριτικον."

Sext. Emp adv. Math. 9, 19. Δημοκριτος ειδωλα τινα φησιν εμπελαζειν τοις ανθρωποις· και τουτων τα μεν ειναι αγαθοποια, τα δε κακοποια· ενθεν και ευχεται ευλογων τυχειν ειδωλων. ειναι ταυτα μεγαλα τε και δυσφθαρτα μεν, ουκ αφθαρτα δε, προσημαινειν τε τα μελλοντα τοις ανθρωποις, θεωρουμενα και φωνας εφιεντα. ὁθεν τουτων αυτων φαντασιαν λαβοντες οἱ παλαιοι, ὑπενοησαν ειναι θεον, μηδενος αλλου παρα ταυτα

ib. 9, 42. οντος θεου, του αφθαρτον φυσιν εχοντος. — Τὸ δε ειδωλα ειναι εν τῳ περιεχοντι ὑπερφυη, και ανθρωποειδεις ἑχοντα μορφας, και καθολου τοιαυτα ὁποῖα βουλεται αυτα αναπλαττειν Δημοκριτος, παντελως εςι δυσπαραδεκτα.

Nat. d. 1, 12. Democritus, qui tum imagines earumque circuitus in deorum numero refert; tum illam naturam, quae imagines fundat ac mittat; tum scientiam intelligentiamque nostram, nonne in maximo errore versatur (5)? quumque idem omnino, quia nihil semper suo statu maneat, neget esse quidquam sempiternum, nonne deum omnino ita tollit, ut nullam opinionem ejus reliquam faciat?

Carius

(5) Confundit h. l. Cicero duplex ειδωλων Democriti genus. Duas enim res diversissimas uno hoc nomine vocabat Democritus. Primum spectra quaedam, qualia describit Sextus Empiricus in eo, quem attulimus, loco. Haec divina, quanquam interitui obnoxia, esse dicebat. Deinde eodem nomine designabat imagines, quas censebat e rebus omnibus effluere et ad oculos nostros manare. Ad has, qui statim sequitur, Ciceronis locus spectat. Has autem imagines eum in deorum numerum retulisse, neutiquam credibile est, ut bene ostendit Moshemius ad Cudw. p. 848 sqq. Stultius, inquit, quid fieri posset, quam dicere, simulacrum de corpore equi aut asini ad oculos nostros defluens deum esse. Sed legendus omnino *Moshemius* l. l. de duobus his idolorum Democriti generibus, a Cicerone confusis. Doctissimus *Meiners* quoque: Vix, inquit, dubitari potest, Ciceronem duo saltem

rerum

Carius Insuber, Epicureus, quae ille Gargettius (i. e. *Epicurus*), et jam ante Democritus εἰδωλα, hic spectra nominat. His autem spectris etiamsi oculi possent feriri, quod vel iis ipsa occurrunt: animus qui possit, ego non video. Epist. Fam. 15, 16.

In Luculli contra Academicos ipsumque Ciceronem disputatione haec ad Democritum spectantia occurrunt: Acad. 2, 17.

Confugis ad physicos eos, qui maxime in Academia irridentur, a quibus ne tu quidem jam te abstinebis: et ais Democritum dicere, innumerabiles esse mundos, et quidem sic quosdam inter se non solum similes, sed undique perfecte et absolute ita pares, ut inter eos nihil prorsus intersit, et eos quidem innumerabiles, itemque homines. Deinde postulas, ut si mundus ita sit par alteri mundo, ut inter eos ne minimum quidem intersit, concedatur tibi, ut in hoc quoque nostro mundo aliquid alicui sic sit par ut nihil differat, nihil intersit. Cur enim, inquies, quum ex illis individuis, unde omnia Democritus gigni affirmat, in reliquis mundis, et iis quidem innumerabilibus, innumerabiles Q. Lutatii Catuli non modo possint esse, sed etiam sint, in hoc tanto mundo Catulus alter non possit effici? Primum quidem me ad Democritum vocas, cui non assentior: potiusque refello, propter id, quod dilucide docetur a politioribus physicis, singularum rerum singulas proprietates esse. Fac enim antiquos illos Servilios, qui gemini fuerunt, tam similes fuisse quam dicuntur, num censes etiam eosdem fuisse? Non

rerum genera, atomos nempe hominumque animas, quas Democritus forsan divinas appellaverat, perperam inter deos retulisse, licet illud facile concedam, Democritum de ipsa natura, quae omnia motibus atque ponderibus efficiat, tanquam de deo quodam locutum esse. (de vero deo p. 345.)

Non cognoscebantur foris: at domi; non ab alienis, at a suis. An non videmus hoc usu venire, ut, quos nunquam putassemus a nobis internosci posse, eos, consuetudine adhibita tam facile internosceremus, ut ne minimum quidem similes viderentur? Hic, pugnes licet, non repugnabo: quin etiam concedam, illum ipsum sapientem, de quo omnis hic sermo est, quum ei res similes occurrant, quas non habeat denotatas, retenturum assensum, nec unquam ulli viso assensurum, nisi quod tale fuerit, quale falsum esse non possit.

Acad. 2, 40. *Ibidem ipse Cicero Lucullo respondens ita Democriti disciplinam explicat:* Si me accusas, non quod tuis rationibus non assentiar, sed quod nullis; vincam animum, cuique assentiar deligam. Quem potissimum? Quem? Democritum; semper enim (ut scitis) studiosus nobilitatis fui. Urgebor jam omnium vestrum convicio. Tune aut inane quidquam putes esse, quum ita completa et conferta sint omnia, ut et quod movebitur corporum cedat, et qua quodque cesserit, aliud illico subsequatur? aut atomos ullas, e quibus quidquid efficiatur, illarum sit dissimillimum? aut sine aliqua mente rem ullam effici posse praeclaram? et, quum in uno mundo ornatus hic tam sit mirabilis, innumerabiles, supra, infra, dextra, sinistra, ante, post, alios dissimiles, alios ejusdem modi mundos esse? et, ut nos nunc sumus ad Baulos, Puteolosque videmus; sic innumerabiles paribus in locis esse, eisdem nominibus, honoribus, rebus gestis, ingeniis, formis, aetatibus, eisdem de rebus disputantes? et, si nunc, aut si etiam dormientes aliquid animo videre videamur, imagines extrinsecus in animos nostros per corpus irrumpere? Tu vero ista ne asciveris, neve fueris commenticiis rebus assensus. Nihil sentire est melius, quam tam prava sentire.

Quid

Quid loquar de Democrito? quem cum eo conferre possumus non modo ingenii magnitudine, sed etiam animi? qui ita sit ausus ordiri: Haec loquor de universis. Nihil excipit, de quo non profiteatur: quid enim esse potest extra universa? Quis hunc philosophum non anteponit Cleanthi, Chrysippo, reliquisque inferioris aetatis? qui mihi cum illo collati quintae classis videntur (6). Atque is non hoc dicit, quod nos, qui veri esse aliquid non negamus, percipi posse negamus. Ille verum plane negat esse, sensusque idem obscuros dicit et tenebricosos. Sic enim appellat eos (7). Acad. 2. 23.

Democritus, Anaxagoras, Empedocles, omnes paene veteres, nihil cognosci, nihil percipi, nihil sciri posse, angustos sensus, imbecillos animos, brevia curricula vitae et (ut Democritus) in profundo veritatem esse demersam; opinionibus et institutis omnia teneri; nihil veritati relinqui, deinceps omnia tenebris circumfusa esse dixerunt. Acad. 1, 13. — Natura in profundo veritatem, ut ait Democritus, penitus abstrusit. ib. 2, 10.

Plurimis locis gravis auctor Democritus praesensionem rerum futurarum comprobat. Div. 1, 3. *Quare* censet sapienter instituisse veteres ut hostiarum immolatarum inspicerentur exta, quorum ex habitu atque ex colore tum salubritatis, tum pestilentiae signa percipi, nonnunquam etiam quae sit vel sterilitas agrorum vel fertilitas futura. ib. c. 57.

Negat sine furore Democritus quemquam poetam magnum esse posse. Divin. 1, 37.

METRO-

(6) Quintae i. e. ultimae. Spectat ad populi Rom. divisionem in quinque classes.

(7) Nempe σκοτιη fuit hac in re Democriti verbum. Ceterum in hoc corrupto loco Davisii emendationes secutus sum. Vulgo legitur: *esse sensus quidem non obscuros dicit nec tenebricosos.*

METRODORUS CHIUS.

Ac. 2, 23. Is qui Democritum maxime est admiratus, Chius Metrodorus initio libri, qui est de natura: Nego, inquit, scire nos sciamusne aliquid, an nihil sciamus: ne id ipsum quidem nescire aut scire: nec omnino, sitne aliquid, an nihil sit.

ANAXARCHUS.

Tusc. 2, 22. Nat. 3, 33. Anaxarchus Democritius, quum Cypri in manus Nicocreontis regis incidisset, nullum genus supplicii deprecatus est neque recusavit, *siquidem* eum a Cyprio tyranno excarnificatum accepimus ([1]).

Diog. L. l. 9. s. 58. *Αναξαρχος και Αλεξανδρῳ συνην, και ηκμαζε κατα την δεκατην και εκατοςην Ολυμπιαδα; και ειχεν εχθρον Νικοκρεοντα, τον Κυπρου τυραννον. και ποτε εν συμποσιῳ του Αλεξανδρου ερωτησαντος αυτον, Τι αρα δοκει το δειπνον, ειπειν φασιν, Ω βασιλευ, παντα πολυτελως· εδει δε λοιπον κεφαλην σατραπου τινος παρατεθεισθαι· αποῤῥιπτων προς τον Νικοκρεοντα. Ὁ δε μνησικακησας, μετα την τελευτην του Βασιλεως, οτε πλεων ακουσιως προσηνεχθη τη Κυπρῳ ὁ Αναξαρχος, συλλαβων αυτον και εις ολμον βαλων εκελευσε σιδηροις υπεροις τυπτεσθαι. τον δε ου φροντισαντα της τιμωριας, ειπειν εκεινο δη το περιφερομενον, Πτισσε τον Αναξαρχου θυλακον ([2]), Αναξαρχον δε ου πληττεις. κελευσαντος δε του Νικοκρεοντος και την γλωτταν αυτου εκτμηθηναι, λογος αποτραγοντα εμπτυσαι αυτῳ.*

DIA-

(1) Diversissime narratur Anaxarchi supplicium. vid. Menage ad Diog. L.

(2) θυλακος h. l. est siliqua, folliculus leguminum. Hinc bene πτισσειν. Nam πτισσειν, ait Suidas, εςι το κριθας η αλλο τι λεπιζειν, και καθαροποιειν.

DIAGORAS.

Nullos esse omnino deos Diagoras Melius putavit, et aperte deorum naturam sustulit. Nat. d. 1. c. 1 et 23.

Diagoras, quum Samothraciam venisset, Atheos ille qui dicitur, atque ei quidam amicus, Tu, qui deos putas humana negligere, nonne animadvertis ex tot tabulis pictis, quam multi votis vim tempestatis effugerint, in portumque salvi pervenerint? Ita fit, inquit: illi enim nusquam picti sunt, qui naufragia fecerunt, in marique perierunt. Idemque, quum ei naviganti vectores adversa tempestate timidi et perterriti dicerent, non injuria sibi illud accidere, qui illum in eandem navem recepissent: ostendit eis in eodem cursu multas alias laborantes, quaesivitque, num etiam in iis navibus Diagoram vehi crederent. Nat. d. 3, 37.

Διαγορας ὁ Μηλιος διθυραμβοποιος, ὡς φασι, το πρωτον γενομενος, ὡς ειτις και αλλος δεισιδαιμων, ὅς γε και της ποιησεως ἑαυτου κατηρξατο τον τροπον τουτον· Κατα δαιμονα και τυχην παντα τελειται· αδικηθεις δε ὑπο τινος επιορκησαντος, και μηδεν ἑνεκα τουτου παθοντος, μεθηρμοσατο εις το λεγειν, μη ειναι Θεον. Sext. E. a. Math. 9, 53.

Διαγορας· ὃν ευφυα θεασαμενος Δημοκριτος, ωνησατο αυτον δουλον οντα μυριων δραχμων, και μαθητην εποιησατο. ὁ δε και τη Λυρικη επεθετο. — Οὑτος δε μετα την ἁλωσιν Μηλου ῳκει εν Αθηναις· τα δε μυςηρια οὑτως ηυτελιζεν, ὡς πολλους εκτρεπειν την τελετης). Τουτο ουν εκηρυξαν κατ' αυτου Αθηναιοι, και εν χαλκη ςηλη εγραψαν, τον μεν αποκτειναντα ταλαντον λαμβανειν· τῳ δε αγοντι δυο. εκηρυχθη δε τουτο δια το ασεβες αυτου, επει τα* Suidas.

*) *Εκτρεπειν της τελετης* i. e. dissuadere initiationem.

τα μυςηρια πασι διηγειτο, κοινοποιων αυτα και μικρα ποιων, και τους βουλομενους μυεισθαι αποτρεπων.

VI. SOPHISTAE.

Ac. 2, 23. Sophistae appellantur ii, qui ostentationis aut quaestus causa philosophantur.

Aristot. *Εςιν ἡ σοφιςικη φαινομενη σοφια, ουσα δε μη, και ὁ σοφιςης χρηματιςης απο φαινομενης σοφιας, αλλ' ουκ ουσης.*

Brut. 8. Ut intellectum est, quantam vim haberet accurata et facta quodammodo oratio, tum etiam magistri dicendi multi subito exstiterunt; tum Leontinus Gorgias, Thrasymachus Chalcedonius, Protagoras Abderites, Prodicus Ceus, Hippias Eleus in honore magno fuit; aliique multi temporibus eisdem docere se profitebantur arrogantibus sane verbis, quemadmodum causa inferior (ita enim loquebantur) di-

de Or. 3, 32. cendo fieri superior posset. — Horum unusquisque plurimum temporibus illis, etiam de natura rerum et disseruit et scripsit. Namque illos veteres doctores auctoresque dicendi nullum genus disputationis a se alienum putasse accepimus, semperque esse in omnis orationis ratione versatos.

Fin. 2, 1. Eorum, qui *Socratis tempore* Sophistae nominabantur, erat iste mos, *scholam* aliquam explicare et ex magna hominum frequentia dicere jubere, si

Or. 1, 22. quis quid quaereret. Quorum e numero primus est ausus

GORGIAS LEONTINUS

in conventu poscere quaestionem, id est, jubere dicere, qua de re quis vellet audire. Audax negotium; dicerem impudens, nisi hoc institutum postea translatum

latum ad philoſophos noſtros eſſet. Sed et illum, quem nominavi, et ceteros Sophiſtas, ut e Platone intelligi poteſt, luſos videmus a Socrate.

Leontinus Gorgias, quo patrono (ut Plato voluit) philoſopho ſuccubuit orator *), qui aut non eſt victus unquam a Socrate, neque ſermo ille Platonis verus eſt: aut, ſi eſt victus, eloquentior videlicet fuit, et diſertior Socrates, et copioſior et melior orator: ſed hic in illo ipſo Platonis libro de omni re, quaecunque in diſceptationem quaeſtionemque vocetur, ſe copioſiſſime dicturum eſſe profitetur. Cui tantus honos habitus eſt a Graecia, ſoli ut ex omnibus Delphis non inaurata ſtatua ſed aurea ſtatueretur. de Or. 3, 32.

Gorgias antiquiſſimus fere rhetor, omnibus de rebus oratorem optime poſſe dicere exiſtimavit. Hic infinitam et immenſam huic artificio materiam ſubjicere videtur. Inv. 1, 5. *Idem* ſingularum rerum laudes vituperationesque conſcripſit, quod judicaret, hoc oratoris eſſe maxime proprium, rem augere poſſe laudando, vituperandoque rurſus affligere. Brut. 12. In concinnitatis *autem* conſectatione Gorgiam fuiſſe principem accepimus. Or. 49. Nam paria paribus adjuncta, itemque contrariis relata contraria Gorgias primus invenit, ſed his eſt uſus intemperantius, hisque feſtivitatibus (ſic enim ipſe cenſet) inſolentius abutitur: quas Iſocrates, quum tamen audiviſſet in Theſſalia adoleſcens ſenem jam Gorgiam, moderatius temperavit. ib. 52.

Iſocratis magiſter Leontinus Gorgias centum et ſeptem complevit annos, neque unquam in ſuo ſtudio atque opere ceſſavit. Qui, quum ex eo quaereretur, cur tamdiu vellet eſſe in vita, nihil habeo, inquit, Senect. 5.

*) In Platonis Dialogo, cui nomen Gorgiae inſcriptum eſt.

inquit, quod incuſem ſenectutem. Praeclarum reſponſum et docto homine dignum.

Plato Hipp. maj. Γοργιας ὁ Λεοντινος σοφιςης δευρο (Athenas) αφικετο, δημοσια οικοθεν πρεσβευων, ὡς ἱκανωτατος ων Λεοντινων τα κοινα πραττειν. και εν τε τῳ δημῳ εδοξεν αριςα ειπειν, και ιδιᾳ επιδειξεις ποιουμενος, και συνων τοις νεοις, χρηματα πολλα ειργασατο και ελαβεν εκ τησδε της πολεως.

PROTAGORAS.

Nat. 1, 23. Abderites Protagoras, ſophiſtes temporibus illis vel maximus, quum in principio libri ſui ſic poſuiſſet: De divis neque ut ſint, neque ut non ſint, habeo dicere; Athenienſium juſſu, urbe atque agro eſt exterminatus, librique ejus in concione combuſti. Ex quo equidem exiſtimo, tardiores ad hanc ſententiam profitendam multos eſſe factos, quippe quum poenam ne dubitatio quidem effugere potuiſſet.

ib. 12. Protagoras ſeſe negat omnino de Diis quod liqueat ſcire, ſint, non ſint, qualesve ſint.

Acad. 2, 46. Protagoras putat, id cuique verum eſſe, quod cuique videatur.

Sext. E. a. Math. VII, 60. Pyrrh. 1, 32. Πρωταγορας φησι πασας τας φαντασιας και τας δοξας αληθεις ὑπαρχειν, και των προς τι ειναι την αληθειαν.— Βουλεται παντων χρηματων ειναι μετρον τον ανθρωπον· των μεν οντων, ὡς εςιν· των δε ουκ οντων, ὡς ουκ εςι· μετρον μεν λεγων το κριτηριον· ὡς δυναμει φασκειν, παντων πραγματων κριτηριον ειναι τον ανθρωπον. και δια τουτο τιθησι τα φαινομενα ἑκαςῳ μονα· και ὁυτως εισαγει το προς τι. διο και δοκει κοινωνιαν εχειν προς τους Πυρρωνειους.

Plato Theaet. ΣΩΚΡ. Πρωταγορας φησι, παντων χρηματων μετρον ανθρωπον ειναι, των μεν οντων, ὡς εςι, των δε μη οντων, ὡς ουκ εςιν. Ανεγνωκας γαρ που; ΘΕΑΙΤ. Ανεγνωκα και πολλακις. ΣΩ. Ουκουν ὁυτω πως λεγει, ὡς οἱα μεν ἑκαςα εμοι φαινεται, τοιαυτα μεν εςιν εμοι·

εμοι. οἱα δε σοι, τοιαυτα αυ σοι, ανθρωπος δε συ τε κἀγω.

Protagoras insincerus quidem Philosophus, sed acerrimus Sophistarum fuit; pecuniam quippe ingentem quum a discipulis acciperet annuam, pollicebatur, se id docere, quanam verborum industria causa infirmior fieret fortior. Quam rem Graece ita dicebat, *τον ἡττω λογον κρειττω ποιειν.* Gellius l. 5, c. 4.

Πρωταγορας Αβδηριτης προτερον ην φορτοβαςακτης· εντυχων δε Δημοκριτῳ ηρασθη λογων, και φιλοσοφησας επι ρητορειαν ετραπη. και επεκληθη πρωτος οὑτος σοφιςης. πρωτος δε οὑτος τους εριςικους λογους εὑρε, και αγωνα λογων εποιησατο, και μισθον επραξε τους μαθητας μνας ἑκατον. δια και επεκληθη Λογος εμμισθος. πρεσβυτερος εςι Πλατωνος του φιλοσοφου· διδασκαλος δε Προδικου του Κειου και αλλων πολλων. Suidas.

PRODICUS.

Prodicus Ceus, qui ea, quae prodessent hominum vitae, deorum in numero habita esse dixit, quam tandem religionem reliquit! Nat. d. 1, 42.

Προδικος ὁ Κειος, Ἡλιον, φησι, και Σεληνην, και ποταμους και κρηνας και καθ' ὁλου παντα τα ωφελουντα τον βιον ἡμων οἱ παλαιοι θεους ενομισαν, δια την απ' αυτων ωφελειαν· καθαπερ Αιγυπτιοι τον Νειλον, και δια τουτο τον μεν αρτον Δημητραν νομισθηναι, τον δε οινον Διονυσον· το δε ὑδωρ Ποσειδωνα· το δε πυρ Ἡφαιςον· και ηδη των ευχρηςουντων ἑκαςον. Sextus E. a. Math. 9, 18.

Herculem Prodicus dicit (ut est apud Xenophontem *)), quum primum pubesceret, exisse in solitudinem, atque ibi sedentem diu secum multumque dubitasse, quum duas cerneret vias, unam voluptatis, alteram virtutis, utram ingredi melius esset. Off. 1, 32.

*) Memorabil. Socrat. lib. 2. cap. 1.

Suidas. *Προδικος Κειος, ὁ απο Κεω της νησου, φιλοσοφος φυσικος και σοφιςης, συγχρονος Δημοκριτου του Αβδηριτου και Γοργιου, μαθητης Πρωταγορου του Αβδηριτου, εν Αθηναις κωνειον πιων απεθανεν, ὡς διαφθειρων τους νεους. ηκμασε δε κατα τους χρονους Σωκρατους.*

HIPPIAS.

de Or. 3, 32. Eleus Hippias, quum Olympiam venisset, maxima illa quinquennali celebritate ludorum, gloriatus est, cuncta paene audiente Graecia, nihil esse ulla in arte rerum omnium, quod ipse nesciret: nec solum has artes, quibus liberales doctrinae atque ingenuae continerentur, geometriam, musicam, litterarum cognitionem et poetarum, atque illa, quae de naturis rerum, quae de hominum moribus, quae de rebus publicis dicerentur: sed annulum, quem haberet, pallium, quo amictus, soccos, quibus indutus esset, se sua manu confecisse. Scilicet nimis hic quidem est progressus, sed ex eo ipso est conjectura facilis, quantum sibi illi ipsi oratores de praeclarissimis artibus appetierint, qui ne sordidiores quidem repudiarint.

VII. SOCRATICI.

SOCRATES.

Suidas. *Σωκρατης, Σωφρονισκου λιθοξοου, και μητρος Φαιναρετης μαιας· προτερον γενομενος λιθοξοος, ὡςε και φασιν αυτου εργον ειναι τας Αθηνησιν ενδεδυμενας Χαριτας· ειτα φιλοσοφησας, δια το ακουσαι Αναξαγορου του Κλαζομενιου, ειτα Δαμωνος, ειτα Αρχελαου. Αριςοξενος δε Αρχελαου πρωτον αυτον διακουσαι λεγει.*

Tusc. 5, 4. Ab antiqua philosophia usque ad Socratem, qui Archelaum, Anaxagorae discipulum, audierat, numeri motusque tractabantur, et unde omnia orirentur, quove

quove reciderent; ſtudioſeque ab his ſiderum magnitudines, intervalla, curſus anquirebantur, et cuncta coeleſtia. Socrates autem primus philoſophiam devocavit e coelo, et in urbibus collocavit, et in domos etiam introduxit, et coëgit de vita et moribus rebusque bonis et malis quaerere: cujus multiplex ratio diſputandi rerumque varietas et ingenii magnitudo, Platonis memoria et litteris conſecrata, plura genera effecit diſſentientium philoſophorum. E quibus nos id potiſſimum conſecuti ſumus, quo Socratem uſum arbitrabamur, ut noſtram ipſi ſententiam tegeremus, errore alios levaremus, et in omni diſputatione, quid eſſet ſimillimum veri, quaereremus.

Socrates mihi videtur, id quod conſtat inter omnes, primus a rebus occultis et ab ipſa natura involutis, in quibus omnes ante eum philoſophi occupati fuerant, avocaviſſe philoſophiam, et ad vitam communem adduxiſſe; ut de virtutibus et vitiis, omninoque de bonis rebus et malis quaereret, coeleſtia autem vel procul eſſe a noſtra cognitione cenſeret, vel, ſi maxime cognita eſſent, nihil tamen ad bene vivendum conferre. Hic in omnibus fere ſermonibus, qui ab iis, qui illum audierunt, perſcripti varie, copioſe ſunt, ita diſputat, ut nihil affirmet ipſe, refellat alios; nihil ſe ſcire dicat, niſi id ipſum, eoque praeſtare ceteris, quod illi, quae neſciant, ſcire ſe putent; ipſe, ſe nihil ſcire, id unum ſciat: ob eamque rem ſe arbitrari ab Apolline omnium ſapientiſſimum eſſe dictum, quod haec eſſet una hominis (1) ſapientia, non arbitrari ſeſe ſcire quod neſciat. Acad. 1,4.

(1) *Hominis* ex veriſſima emendatione Lambini pro vulg. *omnis*. Apud Platonem quoque in Apol. c. 9. eſt *ανθρωπινη σοφια*. Mox pro *tum* èdidi *tantum* ex emendat. Daviſii.

nesciat. Quae quum diceret constanter, et in ea sententia permaneret, omnis ejus oratio tantum in virtute laudanda et in hominibus omnibus ad virtutis studium cohortandis consumebatur, ut ex Socraticorum libris maximeque Platonis (2), intelligi potest.

Fat. 5. Socratem, legimus, quemadmodum notarit Zopyrus physiognomon, qui se profitebatur hominum mores naturasque ex corpore, oculis, vultu, fronte pernoscere. Stupidum esse Socratem dixit, et bardum, quod jugula concava non haberet: obstructas eas partes et obturatas esse dicebat; addidit etiam, mulierosum; in quo Alcibiades cachinnum dicitur sustulisse.

Tusc. 4, 37. Quum multa in conventu vitia collegisset in Socratem Zopyrus, qui se naturam cujusque ex forma perspicere profitebatur, derisus est a ceteris, qui illa in Socrate vitia non agnoscerent: ab ipso autem Socrate sublevatus, quum illa sibi insita, sed ratione a se ejecta diceret.

de Or. 3, 16. Inventi sunt, qui, quum ipsi doctrina et ingeniis abundarent, a re autem civili et a negotiis, animi quodam judicio, abhorrerent, dicendi exercitationem exagitarent atque contemnerent; quorum princeps Socrates fuit, is, qui omnium eruditorum testimonio, totiusque judicio Graeciae, quum prudentia et acumine et venustate et subtilitate, tum vero eloquentia, varietate, copia, quam se cunque in partem dedisset, omnium fuit facile princeps.

Tusc. 5, 37. Socrates, quum rogaretur, cujatem se esse diceret, Mundanum, inquit: totius enim mundi se incolam et civem arbitrabatur.

Hic

(2) Davisius legendum censet *Xenophontis*, quum apud Platonem Socrates Physica et Musica et Geometrica disserat, qualia Xenophon ab eo tractata esse negat (Memor. l. 2. c. 1, 11.).

Hic eſt ille vultus ſemper idem, quem dicitur Tuſc. 3,
Xanthippe praedicare ſolita in viro ſuo fuiſſe Socra- 15.
te: eodem ſemper ſe vidiſſe exeuntem illum domo et revertentem. Nec vero ea frons erat, quae M. Craſſi illius veteris, quem ſemel ait in omni vita riſiſſe Lucilius; ſed tranquilla et ſerena: ſic enim accepimus: jure autem erat ſemper idem vultus, quum mentis, a qua is fingitur, nulla fieret mutatio.

Socratem, qui voluptatem nullo loco numerat, Fin. 2, 28.
audio dicentem, cibi condimentum eſſe famem, potionis ſitim. *Hinc* eum ferunt, quum usque ad ve- Tuſc. 5,
ſperum contentius ambularet, quaeſitumque eſſet 34.
ex eo, quare id faceret, reſpondiſſe: Se, quo melius coenaret, opſonare ambulando famem.

Socrates, in pompa quum magna vis auri ar- Tuſc. 5,
gentique ferretur: Quam multa non deſidero, in- 32.
quit.

Socratis ingenium variosque ſermones immor- Or. 3, 16.
talitati ſcriptis ſuis Plato tradidit, quum ipſe litteram Socrates nullam reliquiſſet.

Sophiſtis oppoſuit ſeſe Socrates, qui ſubtilitate Brut. 8.
quadam diſputandi refellere eorum inſtituta ſolebat verbis. Hujus ex uberrimis ſermonibus exſtiterunt doctiſſimi viri; primumque tum philoſophia, non illa de natura, quae fuerat antiquior, ſed haec, in qua de bonis rebus et malis, deque hominum vita et moribus diſputatur, inventa dicitur. *Nam* a Tuſc. 5, 4.
Socrate omnis, quae eſt de vita et de moribus, philoſophia manavit.

Deprecor, ne me, tanquam philoſophum, pu- Fin. 2, 1.
tetis ſcholam vobis aliquam explicaturum: quod ne in ipſis quidem philoſophis magnopere unquam probavi. Quando enim Socrates, qui parens Philoſophiae jure dici poteſt, quidquam tale fecit? Eorum erat iſte mos, qui tum Sophiſtae nominabantur. Sed ſophiſtas, ut e Platone intelligi poteſt, luſos vi-

demus a Socrate. Is enim percontando atque interrogando elicere solebat eorum opiniones, quibuscum differebat, ut ad haec, quae hi respondissent, siquid videretur, diceret.

Ac. 2, 5. Socrates de se ipse detrahens in disputatione plus tribuebat iis, quos volebat refellere. Ita quum aliud diceret atque sentiret, libenter uti solitus est ea dissimulatione, quam Graeci ειρωνειαν vocant.

Brut. 85. Ego ironiam illam, quam in Socrate dicunt fuisse, qua ille in Platonis, et Xenophontis et Aeschinis libris utitur, facetam et elegantem puto; est enim et minime inepti hominis et ejusdem etiam faceti, quum de sapientia disceptetur, hanc sibi ipsum detrahere, eis tribuere illudentem, qui eam sibi arrogent: ut apud Platonem Socrates in coelum effert laudibus Protagoram, Hippiam, Prodicum, Gorgiam, ceteros; se autem omnium rerum inscium fingit et rudem. Decet hoc, nescio quomodo, illum; nec Epicuro, qui id reprehendit, assentior.

Off 1, 30. de Or. 2, 67. Dulcem et facetum festivique sermonis, atque in omni ratione simulatorem, quem ειρωνα Graeci nominaverunt, Socratem accepimus, et opinor eum in hac ironia dissimulantiaque longe lepore et humanitate omnibus praestitisse.

l. 1. c. 4. *In praefatione ad quaestiones Tusculanas, Cicero ita describit Socratis morem disputandi, quem ipse imitatus sit:* Ponere jubebam, de quo quis audire vellet; ad id aut sedens aut ambulans disputabam. Fiebat autem ita, ut; quum is, qui audire vellet, dixisset, quid sibi videretur, tum ego contra dicerem; haec est enim, ut scis, vetus et Socratica ratio contra alterius opinionem differendi, nam ita facillime, quid verisimillimum esset, inveniri posse, Socrates arbitrabatur.

Top. 10. Inductione plurimum est usus in sermonibus Socrates.

Socra-

Socratis multi sermones perscripti sunt, e quibus dubitari non possit, quin ei nihil sit visum sciri posse; excepit unum tantum, scire se, nihil se scire. Acad. 2, 23.

In illo Platonis libro, qui inscribitur Menon, pusionem quendam Socrates interrogat quaedam geometrica de dimensione quadrati: ad ea sic ille respondet, ut puer: et tamen ita faciles interrogationes sunt, ut gradatim respondens eodem perveniat, quo si geometrica didicisset. Ex quo effici vult Socrates, ut discere nihil aliud sit nisi recordari. Quem locum multo etiam accuratius explicat in eo sermone (3), quem habuit eo ipso die, quo excessit e vita; docet enim, quemvis, qui omnium rerum rudis esse videatur, bene interroganti respondentem declarare, se non tum illa discere, sed reminiscendo recognoscere, nec vero fieri ullo modo posse, ut a pueris tot rerum atque tantarum insitas et quasi consignatas in animis notiones, quas *εννοιας* vocant, haberemus, nisi animus, antequam in corpus intravisset, in rerum cognitione viguisset. Tusc. 1, 24

Ab ipso Socrate in libris Socraticorum saepe dicitur, esse divinum quiddam, quod daemonium appellat, cui semper ipse paruerit, nunquam impellenti, saepe revocanti (4). Et Socrates quidem (quo quem auctorem meliorem quaerimus?) Xenophonti consulenti, sequereturne Cyrum; posteaquam exposuit quae sibi videbantur: Et nostrum quidem, inquit, humanum est consilium; sed de rebus et obscuris et incertis ad Apollinem censeo referendum: ad quem Divin. 1, 54.

(3) Eum dicit, quem Plato exposuit in Phaedone.

(4) Apud Platonem in Theage ita loquitur Socrates: *Εςι γαρ τι θειᾳ μοιρᾳ παρεπομενον εμοι εκ παιδος αρξαμενον δαιμονιον· εςι δε τουτο φωνη, ἡ, ὁταν γενηται, αει μοι σημαινει, ὁ αν μελλω πραττειν, τουτου αποτροπην· προτρεπει δε ουδεποτε.*

quem etiam Athenienses publice de majoribus rebus semper retulerunt. Scriptum est item, quum Critonis, sui familiaris, oculum alligatum vidisset, quaesivisse, quid esset: quum autem ille respondisset, in agro ambulanti ramulum adductum, ut remissus esset, in oculum suum recidisse: tum Socrates, „Non enim paruisti mihi revocanti, quum uterer, qua soleo, praesagitione divina. Idem etiam Socrates, quum apud Delium male pugnatum esset Lachete praetore, fugeretque cum ipso Lachete: ut ventum est in trivium, eadem, qua ceteri, fugere noluit. Quibus quaerentibus, cur non eadem via pergeret, deterreri se a deo dixit. Tum quidem ii, qui alia via fugerant, in hostium equitatum inciderunt. Permulta collecta sunt ab Antipatro, quae mirabiliter a Socrate divinata sunt.

Ut clarius appareat, quam praeclare de deo senserit Socrates, quaedam ex Xenophonte adjiciam:

Memorab. Socr. l. 1. c. 4. *Λεξω δε πρωτον, ἁ ποτε Σωκρατους ηκουσα περι του δαιμονιου διαλεγομενου προς Αριςοδημον. καταμαθων γαρ αυτον ουτε θυοντα τοις θεοις, ουτε μαντικη χρωμενον, αλλα και των ποιουντων ταυτα καταγελωντα· ειπε μοι, εφη, ω Αριςοδημε, εςιν οὑς τινας ανθρωπων τεθαυμακας επι σοφιᾳ; — Εγωγ᾽, εφη. — Και ὁς, λεξον ἡμιν, εφη, τα ονοματα αυτων. — Ἐπι μεν τοινυν ποιησει Ὁμηρον εγωγε μαλιςα τεθαυμακα, επι δε τραγωδιᾳ Σοφοκλεα, επι δε ανδριαντοποιΐᾳ Πολυκλειτον, επι δε ζωγραφιᾳ Ζευξιν. — Ποτερα σοι δοκουσιν οἱ απεργαζομενοι ειδωλα αφρονα τε και ακινητα, αξιοθαυμαςοτεροι ειναι, η οἱ ζωα εμφρονα τε και ενεργα; — Πολυ, νη Δια, οἱ ζωα, ειπερ γε μη τυχη τινι, αλλα ὑπο γνωμης ταυτα γενηται. — Των δε ατεκμαρτως εχοντων, ὁτου ἑνεκα εςι, και των φανερως επ᾽ ωφελειᾳ οντων, ποτερα τυχης, και ποτερα γνωμης εργα κρινεις; — Πρεπει μεν τα επ᾽ ωφε-*

ωφελεια γενομενα γνωμης ειναι εργα. — Ουκουν δοκει σοι ὁ εξ αρχης ποιων ανθρωπους, επ᾽ ωφελεια προσθειναι αυτοις, δι᾽ ὡν αισθανονται, ἑκαςα, οφθαλμους μεν, ὡσθ᾽ ὁραν τα ὁρατα, ωτα δε, ὡς᾽ ακουειν τα ακυςα; οσμων γε μην, ει μη ρινες προσετεθησαν, τι αν ἡμιν οφελος ην; τις δ᾽ αν αισθησις ην γλυκεων και δριμεων, και παντων των δια ςοματος ἡδεων, ει μη γλωττα τουτων γνωμων ενειργασθη; προς δε τουτοις, ου δοκει σοι και τοδε προνοιας εργῳ εοικεναι, το, επει ασθενης μεν εςιν ἡ οψις, βλεφαροις αυτην θυρωσαι, ἁ, ὁταν μεν αυτη χρησθαι τι δεη, αναπεταννυται, εν δε τῳ ὑπνῳ συγκλειεται; το δε την ακοην δεχεσθαι μεν πασας φωνας, εμπιπλασθαι δε μηποτε· και τους μεν προσθεν οδοντας πασι ζωοις οἱους τεμνειν ειναι, τους δε γομφιους οἱους παρα τουτων δεξαμενους λεαινειν· και ςομα μεν, δι᾽ ὑ, ὡν επιθυμει τα ζωα, εισπεμπεται, πλησιον οφθαλμων και ρινων καταθειναι· ταυτα ὑτω προνοητικως πεπραγμενα απορεις, ποτερα τυχης η γνωμης εργα εςιν; — Ου μα τον Δι᾽, εφη, αλλ᾽ οὑτω γε σκοπουμενῳ πανυ εοικε ταυτα σοφου τινος δημιυργου και φιλοζωου τεχνηματι. —— Και ὁ Αριςοδημος, Ουτοι, εφη, εγὼ, ω Σωκρατες, ὑπερορω το δαιμονιον, αλλ᾽ εκεινο μεγαλοπρεπεςερον ἡγουμαι, η ὡς της εμης θεραπειας προσδεισθαι. — Ουκουν, εφη, ὁσῳ μεγαλοπρεπεςερον αξιοι σε θεραπευειν, τοσουτῳ μαλλον τιμητεον αυτο. — Ευ ισθι, εφη, ὁτι, ει νομιζοιμι θεους ανθρωπων τι φροντιζειν, ουκ αν αμελοιην αυτων. — Επειτ᾽ ουκ οιει φροντιζειν, οἱ πρωτον μεν μονον των ζωων ανθρωπον ορθον ανεςησαν, και οψιν, και ακοην και ςομα ενεποιησαν· επειτα τοις μεν αλλοις ἑρπετοις ποδας εδωκαν, οἱ το πορευεσθαι μονον παρεχουσιν· ανθρωπῳ δε και χειρας προσεθεσαν, αἱ τα πλειςα, οἱς ευδαιμονεςεροι εκεινων εσμεν, εξεργαζονται· και μεν γλωτταν γε παντων των ζωων εχοντων, μονην την των ανθρωπων εποιησαν οἱαν, αλλοτε αλλαχη ψαυουσαν του ςοματος, αρθρουν τε την φωνην και σημαι-

σημαινειν παντα αλληλοις, ἁ βουλομεθα; ουτοι δε μονον ηρκεσε τῳ θεῳ του σωματος επιμεληθηναι, αλλ', (ὁπερ μεγιςον εςι) και την ψυχην κρατιςην τῳ ανθρωπῳ ενεφυσε. τινος γαρ αλλου ζωου ψυχη πρωτα μεν θεων, των τα μεγιςα και καλλιςα συνταξαντων, ησθηται ὁτι εισι; τι δε φυλον αλλο η ανθρωποι θεους θεραπευουσι; ποια δε ψυχη της ανθρωπινης ἱκανωτερα προφυλαττεσθαι η λιμον, η διψος, η ψυχη, η θαλπη, η νοσοις επικουρησαι, η ρωμην ασκησαι, η προς μαθησιν εκπονησαι, η, ὁσα αν ακουσῃ η ιδῃ η μαθῃ, ἱκανωτερα εςι διαμεμνησθαι; ου γαρ πανυ σοι καταδηλον, ὁτι παρα τα αλλα ζωα, ὡσπερ θεοι, οἱ ανθρωποι βιοτευουσι, φυσει και τῳ σωματι και τῃ ψυχῃ κρατιςευοντες; ουτε γαρ βοος αν εχων σωμα, ανθρωπου δε γνωμην, ηδυνατ' αν πραττειν, ἁ εβουλετο· ουθ' ὁσα χειρας εχει, αφρονα δ' εςι, πλεον ουδεν εχει. συ δε αμφοτερου των πλειςου αξιων τετυχηκως, ουκ οιει σου θεους επιμελεισθαι; ὁταν δε Αθηναιοις πυνθανομενοις τι δια μαντικης φραζωσιν, ου και σοι δοκεις φραζειν αυτους; ουδ' ὁταν τοις Ἑλλησι τερατα πεμποντες προσημαινωσιν, ουδ' ὁταν πασιν ανθρωποις; αλλα μονον σε εξαιρουντες εν αμελειᾳ κατατιθενται; οιει δ' αν, τους θεους τοις ανθρωποις δοξαν εμφυσαι, ὡς ἱκανοι εισιν ευ και κακως ποιειν, ει μη δυνατοι ησαν; και ανθρωπους εξαπατωμενους τον παντα χρονον ουδεποτ' αν αισθεσθαι; ουχ' ὁρας ὁτι τα πολυχρονιωτατα και σοφωτατα των ανθρωπινων, πολεις και εθνη, θεοσεβεςατα εςιν, και αἱ φρονιμωταται ἡλικιαι θεων επιμελεςαται; ω 'γαθε, εφη, καταμαθε, ὁτι και ὁ σος νους ενων το σον σωμα, ὁπως βουλεται, μεταχειριζεται· οιεσθαι ουν χρη και την εν παντι φρονησιν τα παντα, ὁπως αν αυτῃ ἡδυ ῃ, ούτω τιθεσθαι· και μη το σον μεν ομμα δυνασθαι επι πολλα ςαδια εξικνεισθαι, τον δε του θεου οφθαλμον αδυνατον ειναι ἁμα παντα ὁραν· μηδε την σην μεν ψυχην και περι των ενθαδε και περι

περι των εν Αιγυπτω και εν Σικελια δυνασθαι φροντιζειν; την δε του θεου φρονησιν μη ἱκανην ειναι, ἁμα παντων επιμελεισθαι. — Εμοι μεν ταυτα λεγων ου μονον τους συνοντας εδοκει ποιειν, ὁποτε ὑπο των ανθρωπων ὁρωντο, απεχεσθαι των ανοσιων τε και αδικων και αισχρων, αλλα και, ὁποτε εν ερημια ειεν, επειπερ ἡγησαιντο μηδεν αν ποτε, ὡν πραττοιεν, θεους διαλαθειν.

In sermone cum Euthydemo, ubi eadem fere ratione dei et exiſtentiam et providentiam demonſtrat, haec inter alia praeclara occurrunt: Mem. S. l. 4. c. 3.

Ὁ τον ὁλον κοσμον συντaττων τε και συνεχων, εν ᾧ παντα καλα και αγαθα εςι, οὑτος τα μεγιςα μεν πραττων ὁραται, ταδε δε οικονομων αορατος ἡμιν εςιν. εννοει δ', ὁτι και ὁ πασι φανερος δοκων ειναι ἡλιος ουκ επιτρεπει τοις ανθρωποις ἑαυτον ακριβως ὁραν, αλλ' εαν τις αυτον αναιδως εγχειρη θεασθαι, την οψιν αφαιρειται. και τους ὑπηρετας δε των θεων εὑρησεις αφανεις οντας. κεραυνος τε γαρ ὁτι μεν ανωθεν αφιεται, δηλον, και ὁτι, οἱς αν εντυχη, παντων κρατει, ὁραται δ' ουτ' επιων, ουτε κατασκηψας, ουτε απιων. και ανεμοι αυτοι μεν ουχ ὁρωνται· ἁ δε ποιουσι, φανερα ἡμιν εςι, και προσιοντων αυτων αισθανομεθα. αλλα μην και ανθρωπου γε ψυχη, ειπερ τι και αλλο των ανθρωπινων, του θειου μετεχει. ὁτι μεν γαρ βασιλευει εν ἡμιν, φανερον· ὁραται δε ουδ' αυτη. ἁ χρη κατανοουντα μη καταφρονειν των αορατων, αλλ' εκ των γιγνομενων την δυναμιν αυτων καταμανθανοντα τιμαν το δαιμονιον. — Χρη ουν μηδεν ελλειποντα κατα δυναμιν τιμαν τους θεους, θαρρειν τε και ελπιζειν τα μεγιςα αγαθα. ου γαρ παρ' αλλων γ' αν τις μειζω ελπιζων σωφρονοιη, η παρα των τα μεγιςα ωφελειν δυναμενων, ουδ' αν αλλως μαλλον, η ει τουτοις αρεσκοι. αρεσκοι δε πως αν μαλλον, η ει ὡς μαλιςα πειθοιτο αυτοις; — Τοιαυτα μεν τοι

λεγων

λεγων τε και αυτος ποιων ευσεβεςερους τε και σωφρονεςερους τους συνοντας παρεσκευαζεν.

Amic. c. 4. Non aſſentior iis, qui haec nuper diſſerere coeperunt, cum corporibus ſimul animos interire, atque omnia morte deleri. Plus apud me antiquorum auctoritas valet, vel noſtrorum majorum, qui mortuis tam religioſa jura tribuerunt: quod non feciſſent profecto, ſi nihil ad eos pertinere arbitrarentur: vel eorum, qui in hac terra fuerunt, Magnamque Graeciam (quae nunc quidem deleta eſt, tum florebat) inſtitutis et praeceptis ſuis erudierunt: vel ejus, qui Apollinis oraculo ſapientiſſimus eſt judicatus: qui non tum hoc, tum illud, ut in pleriſque, ſed idem dicebat ſemper, animos hominum eſſe divinos, iisque, quum e corpore exceſſiſſent, reditum in coelum patere, optimoque et juſtiſſimo cuique expeditiſſimum.

Off. 2, 12. Praeclare Socrates hanc viam ad gloriam proximam et quaſi compendiariam dicebat eſſe, ſi quis id ageret, ut, qualis haberi vellet, talis eſſet.

Tuſc 5, 12. Socrates, quum eſſet ex eo quaeſitum, Archelaum Perdiccae filium, qui tum fortunatiſſimus haberetur, nonne beatum putaret: haud ſcio, inquit, nunquam cum eo collocutus ſum. — Ain' tu? an aliter id ſcire non potes? — Nullo modo. — Tu igitur ne de Perſarum quidem rege Magno potes dicere, beatusne ſit? — An ego poſſim, quum ignorem, quam ſit doctus, quam vir bonus? — Quid? tu in eo ſitam vitam beatam putas? — Ita prorſus exiſtimo; bonos beatos, improbos miſeros. — Miſer ergo Archelaus? — Certe, ſi injuſtus.

Off. 3, 3. Accepimus, Socratem exſecrari ſolitum eos, qui primum haec natura cohaerentia, utilitatem et honeſtatem, opinione diſtraxiſſent.

Quintil. 1. 4, c. 4, 5. Socrates accuſatus eſt, quod corrumperet juventutem, et novas ſuperſtitiones introduceret.

Πλα-

Πλατων εν απολογια τρεις αυτου κατηγορησαι φησι, Ανυτον και Λυκωνα και Μελιτον, η δ' αντωμοσια της δικης τουτον ειχε τον τροπον· Ταδε εγραψατο και ανθωμολογησατο Μελιτος Σωκρατει. Αδικει Σωκρατης, οὓς μεν ἡ πολις νομιζει θεους, ου νομιζων, ἑτερα δε καινα δαιμονια εισηγουμενος· αδικει δε και τους νεους διαφθειρων. τιμημα θανατος. Diog. L. l. 2. f. 39.

Socrates quum omnium sapientissimus esset, sanctissimeque vixisset, ita in judicio capitis pro se ipse dixit, ut non supplex, aut reus, sed magister aut dominus videretur esse judicum. Quin etiam, quum ei scriptam orationem disertissimus orator Lysias attulisset, quam, si ei videretur, edisceret, ut ea pro se in judicio uteretur, non invitus legit, et commode scriptam esse dixit: sed, inquit, ut si mihi calceos Sicyonios attulisses, non uterer, quamvis essent habiles et apti ad pedem, quia non essent viriles; sic illam orationem disertam sibi et oratoriam videri, fortem et virilem non videri. Ergo ille damnatus est: neque solum primis sententiis, quibus tantum statuebant judices, damnarent an absolverent, sed etiam illis, quas iterum legibus ferre debebant. Erat enim Athenis, reo damnato, si fraus capitalis non esset, quasi poenae aestimatio: et sententia quum judicibus daretur, interrogabatur reus, quam quasi aestimationem commeruisse se maxime confiteretur: quod quum interrogatus Socrates esset, respondit, sese meruisse, ut amplissimis honoribus et praemiis decoraretur, et ei victus quotidianus in Prytaneo publice praeberetur; qui honos apud Graecos maximus habetur. Cujus responso sic judices exarserunt, ut capitis hominem innocentissimum condemnarent. Qui quidem, si absolutus esset (quod mehercule etiamsi nihil ad nos pertinet, tamen propter ejus ingenii magnitudinem vellem), quonam modo istos philosophos ferre possemus, qui nunc, de Or. 1, 54.

quum ille damnatus est nullam aliam ob caufam nifi propter dicendi infcientiam, tamen a fe oportere dicunt peti praecepta dicendi.

Tufcul. l. 1. c. 40. et 41. Poft Theramenem, qui conjectus in carcerem triginta juffu tyrannorum venenum ebiberat, vadit in eundem paucis poft annis fcyphum Socrates; eodem fcelere judicum, quo tyrannorum Theramenes. Quae eft igitur ejus oratio, qua facit eum Plato *) ufum apud judices, jam morte multatum? Magna me, inquit, fpes tenet, judices, bene mihi evenire, quod mittar ad mortem. Neceffe eft enim, fit alterum de duobus; ut aut fenfus omnino omnes mors auferat, aut in alium quendam locum ex his locis morte migretur. Quamobrem, five fenfus exftinguitur, morsque ei fomno fimilis eft, qui nonnunquam etiam fine vifis fomniorum placatiffimam quietem affert, dii boni! quid lucri eft mori! aut quam multi dies reperiri poffunt, qui tali nocti anteponantur? cui fi fimilis futura eft perpetuitas omnis confequentis temporis, quis me beatior? Sin vera funt, quae dicuntur, migrationem effe mortem in eas oras, quas, qui e vita excefferunt, incolunt; id multo jam beatius eft. Tene, quum ab his, qui fe judicum numero haberi volunt, evaferis, ad eos venire, qui vere judices appellentur, Minoem, Rhadamanthum, Aeacum, Triptolemum? convenireque eos qui jufte et cum fide vixerint? Haec peregrinatio mediocris vobis videri poteft? Ut vero colloqui cum Orpheo, Mufaeo, Homero, Hefiodo liceat, quanti tandem aeftimatis? Equidem faepe emori, fi fieri poffet, vellem; ut ea, quae dico, mihi liceret invenire. Quanta delectatione autem afficerer, quum Palamedem, quum Ajacem, quum alios judicio iniquo circumventos convenirem? Tentarem etiam fummi

*) vid. Plat. Apolog. Socr. c. 32.

mi regis, qui maximas copias duxit ad Trojam, et Ulyssi Sisyphique prudentiam. Nec ob eam rem, quum haec exquirerem, sicut hic faciebam, capite damnarer. Ne vos quidem, judices, ii, qui me absolvistis, mortem timueritis; nec enim cuiquam bono mali quidquam evenire potest nec vivo nec mortuo. Nec unquam ejus res a diis immortalibus negligentur. Nec mihi ipsi hoc accidit fortuito. Nec vero ego iis, a quibus accusatus sum aut a quibus condemnatus, habeo quod succenseam, nisi quod mihi nocere se crediderunt. — Et haec quidem hoc modo; nihil autem melius extremo. „Sed tempus est, inquit, jam hinc abire me, ut moriar; vos, ut vitam agatis. Utrum autem sit melius dii immortales sciunt: hominem quidem scire arbitror neminem.“ Nae ego haud paullo hunc animum malim, quam eorum omnium fortunas, qui de hoc judicaverunt. Etsi, quod praeter deos negat scire quemquam, id scit ipse, utrum sit melius, nam dixit ante; sed suum illud, nihil ut affirmet, tenet ad extremum.

Illud Socratis magnificum ac paene divinum, quod, quum impiis sententiis damnatus esset, aequissimo animo se dixit mori: neque enim domo egredienti, neque illud suggestum, in quo causam dixerat, ascendenti, signum sibi ullum, quod consuesset, a deo quasi mali alicujus impendentis datum. Div. 1, 54.

His et talibus rationibus adductus Socrates nec patronum quaesivit ad judicium capitis, nec judicibus supplex fuit; adhibuitque liberam contumaciam a magnitudine animi ductam, non superbia; et supremo vitae die multa disseruit; et paucis ante diebus, quum facile posset educi e custodia, noluit; et quum paene in manu jam mortiferum illud teneret poculum, locutus ita est, ut non ad mortem trudi, verum in coelum videretur ascendere. Ita enim Tusc. 1, c. 29. et 30.

censebat, itaque disseruit: duas esse vias, duplicesque cursus animorum e corpore excedentium. Nam qui se humanis vitiis contaminavissent, et se totos libidinibus dedissent, quibus coecati vel domesticis vitiis atque flagitiis se inquinavissent, vel republica violanda fraudes inexpiabiles concepissent, iis devium quoddam iter esse, seclusum a concilio deorum. Qui autem se integros castosque servavissent, quibusque fuisset minima cum corporibus contagio, seseque ab his semper sevocavissent, essentque in corporibus humanis vitam imitati deorum, his ad illos, a quibus essent profecti, reditum facilem patere. Itaque commemorat, ut cygni, qui non sine causa Apollini dicati sint, sed quod ab eo divinationem habere videantur, quasi providentes quid in morte boni sit, cum cantu et voluptate moriantur; sic omnibus et bonis et doctis esse faciendum.

Div.1,25. Est apud Platonem *) Socrates, quum esset in custodia publica, dicens Critoni, suo familiari, sibi post tertium diem esse moriendum; vidisse enim in somnis pulchritudine eximia foeminam, quae se nomine appellans, diceret Homericum quendam ejusmodi versum:

Tertia te Phthiae tempestas laeta locabit. **)

Quod ut est dictum, sic scribitur contigisse.

SOCRATICI.

de Orat. 3, 16. Quum essent plures orti fere a Socrate, quod ex illius variis et diversis et in omnem partem diffusis disputationibus alius aliud apprehenderat; proseminatae sunt quasi familiae dissentientes inter se, et multum disjunctae et dispares, quum tamen omnes se philosophos Socraticos et dici vellent et esse arbitrarentur. Ac primo ab ipso Platone Aristoteles et

Xeno-

*) In Critone c. 2. **) Il. IX. v. 363.

Xenocrates; quorum alter Peripateticorum, alter Academiae nomen obtinuit: deinde ab Antisthene, qui patientiam et duritiam in Socratico sermone maxime adamarat, Cynici primum, deinde Stoici; tum ab Aristippo, quem illae magis voluptariae disputationes delectarant, Cyrenaica philosophia manavit. Fuerunt etiam alia genera philosophorum, qui se omnes fere Socraticos esse dicerent, Eretricorum, Herilliorum, Megaricorum, Pyrrhoneorum, sed ea illorum vi et disputationibus sunt jam diu fracta et exstincta.

XENOPHON.

A philosophia profectus princeps Xenophon, Socraticus ille, post ab Aristotele Callisthenes, comes Alexandri, scripsit historiam: et hic quidem rhetorico paene more: ille autem superior leniore quodam sono est usus, et qui illum impetum oratoris non habeat; vehemens fortasse minus, sed aliquanto tamen est, ut mihi quidem videtur, dulcior. Xenophontis enim voce Musas quasi locutas ferunt. de Or. 2, 14. Or. 19.

Cyrus ille a Xenophonte non ad historiae fidem scriptus, sed ad effigiem justi imperii: cujus summa gravitas ab illo philosopho cum singulari comitate conjungitur; quos quidem libros non sine causa noster ille Africanus de manibus ponere non solebat: nullum est enim praetermissum in iis officium diligentis et moderati imperii. Epist. ad Q. fratr. 1, 1.

Xenophon Socraticus, qui vir et quantus! in ea militia, qua cum Cyro minore perfunctus est, sua scribit somnia, quorum eventus mirabiles exstiterunt. Divin. 1, 25.

Xenophon facit in iis, quae a Socrate dicta retulit, Socratem disputantem, formam dei quaeri non oportere, eundemque et solem et animum deum dicere, et modo unum, tum autem plures deos. Nat. d. 1, 12.

de Senect. c. 22. Apud Xenophontem moriens Cyrus major haec dicit; Nolite arbitrari, o mihi carissimi filii, me, quum a vobis discessero, nusquam aut nullum fore. Nec enim, dum eram vobiscum, animum meum videbatis: sed eum esse in hoc corpore ex iis rebus, quas gerebam, intelligebatis. Eundum igitur esse creditote, etiamsi nullum videbitis. Nec vero clarorum virorum post mortem honores permanerent, si nihil eorum ipsorum animi efficerent, quo diutius memoriam sui teneremus. Mihi quidem nunquam persuaderi potuit, animos, dum in corporibus essent mortalibus, vivere; quum exissent ex iis, emori: nec vero tum animum esse insipientem, quum ex insipienti corpore evasisset; sed quum omni admixtione corporis liberatus, purus et integer esse coepisset, tum esse sapientem. Atque etiam, quum hominis natura morte dissolvitur, ceterarum rerum perspicuum est, quo quaeque discedant: abeunt enim illuc omnia, unde orta sunt; animus autem solus nec quum adest, nec quum discedit, apparet. Iam vero videtis, nihil esse morti tam simile quam somnum. Atqui dormientium animi maxime declarant divinitatem suam. Multa enim, quum remissi et liberi sunt, futura prospiciunt. Ex quo intelligitur, quales futuri sint, quum se plane corporis vinculis relaxaverint. Quare, si haec ita sunt, hic me colitote, ut deum; sin una est interiturus animus cum corpore, vos tamen deos verentes, qui hanc omnem pulcritudinem tuentur et regunt, memoriam nostri pie inviolateque servabitis.

Sen. 17. Multas ad res perutiles Xenophontis libri sunt; quos legite, quaeso, studiose, ut facitis. Quam copiose ab eo agricultura laudatur in eo libro, qui est de tuenda re familiari, qui Oeconomicus inscribitur.

AESCHI-

AESCHINES SOCRATICUS.

Socrati quum multa multi pro ſuis quisque facultatibus offerrent, Aeſchines, pauper auditor: Nihil, inquit, dignum te, quod dare tibi poſſim, invenio; et hoc uno modo pauperem me eſſe ſentio. Itaque dono tibi, quod unum habeo, me ipſum. Hoc munus rogo, qualecunque eſt, boni conſulas, cogitesque, alios quum multum tibi darent, plus ſibi reliquiſſe. Cui Socrates: „Quidni tu, inquit, mihi magnum munus dederis, niſi forte parvo te aeſtimas? Habebo itaque curae, ut te meliorem tibi reddam, quam accepi.“ Vicit Aeſchines hoc munere Alcibiadis parem divitiis animum, et omnem juvenum opulentorum munificentiam. Seneca de benef. l. I. c. 8.

Το ιδιως καλουμενον ειδος Σωκρατικον μαλιςα δοκουσι ζηλωσαι Αισχινης και Πλατων. Demetr. Phaler.

*Πλατων εν ταις προς Διονυσιον ὑπεροψιαις και διαφοραις *) ητησατο καιρον εντυχιας. ειτα ὁ μεν εδωκεν, οιομενος ὑπερ αὑτου τι μεμψασθαι τον Πλατωνα και διελθειν. Ὁ δε Πλατων οὑτω πως διελεχθη προς αυτον· Ει τινα αισθοιο, Διονυσιε, δυσμενη πεπλευκοτα εις Σικελιαν, κακον τι σε ποιησαι βουλομενον, ουκ εχοντα δε καιρον, αρ' αν εασειας αυτον εκπλευσαι, και περιϊδοις αθωον απαλλαγεντα; Πολλου δεω (ειπεν ὁ Διονυσιος), ω Πλατων. δει γαρ ου τα εργα των εχθρων μονον, αλλα και την προαιρεσιν μισειν και κολαζειν. Ει τοινυν (ειπεν ὁ Πλατων) επ' ευνοια τις αφιγμενος τη ση δευρο, βουλεται μεν αγαθου τινος αιτιος σοι γενεσθαι, συ δε καιρον ου παρεχεις, αξιον εςι τουτον αχαριςως προεσθαι και ολιγωρως; Ερωτησαντος δε του Διονυσιου, τις οὑτος εςιν; Αι-* Plutarch. discr. adul. et am.

*) i. e. quum Plato ipſe in Dionyſii aula contemni coepiſſet.

Αισχινης, ειπεν, ανηρ τῳ τ' ηθει παρ' ουδενος υπολειπομενος των Σωκρατους εταιρων επιεικης, και τῳ λογῳ δυνατος επανορθουν, οἷς συνηει. πλευσας δε δευρο πολλην θαλατταν, ὡς συγγενοιτο σοι δια φιλοσοφιας, ημεληται. ταυτα ὑτως εκινησε τον Διονυσιον, ὡςε τας μεν χειρας τῳ Πλατωνι ευθυς περιβαλλειν και κατασπαζεσθαι, την ευμενειαν και μεγαλοφροσυνην αγαμενον, του δ' Αισχινου καλως και μεγαλοπρεπως επιμεληθηναι.

CEBES.

Suidas. Κεβης, Θηβαιος φιλοσοφος, Σωκρατους μαθητης. Διαλογοι δε αυτου φερονται τρεις, Ἑβδομη, Φρυνιχος, Πιναξ. *)

VIII. CYRENAICI

quorum auctor fuit

ARISTIPPUS.

Ibid. Αριςιππος απο Κυρηνης, φιλοσοφος, Σωκρατους ακουσης· αφ' ὑπερ ἡ Κυρηναϊκη κληθεισα αἱρεσις ηρξατο. Πρωτος δε των Σωκρατικων μισθους επραξατο. Ξενοφωντι δε ειχε δυσμενως· και ην ἱκανος ἁρμοσασθαι και χρονῳ και τοπῳ· και των μεν παροντων απελαυε και ἡδονην μετεδιωκε,

Lucian. Paraf. Αριςιππος ὁ Κυρηναιος διετριβεν εν Συρακουσαις παρασιτων Διονυσιῳ. παντων γουν αμελει των παρασιτων αυτος ευδοκιμει παρ' αυτῳ· και γαρ ην πλεον τι των αλλων προς την τεχνην ευφυης· ὡςε τους οψοποιους ὁσημεραι επεμπε παρα τουτον ὁ Διονυσιος, ὡς παρ' αυτου μαθησομενους.

Vitruv. Ariſtippus, philoſophus Socraticus, naufragio quum ejectus ad Rhodienſium littus animadvertiſſet

*) Hic ſolus ſupereſt. Diſputatur tamen an, quem nunc hoc nomine habemus librum, revera Cebetis ſit.

tisset, geometrica schemata descripta, exclamasse ad comites ita dicitur: Bene speremus, hominum enim vestigia video. Statimque in oppidum Rhodum contendit, et recta in gymnasium devenit: ibique de philosophia disputans muneribus est donatus, ut non tantum se ornaret, sed etiam eis, qui una fuerant, vestitum et cetera, quae opus essent ad victum, praestaret. Quum autem ejus comites in patriam reverti voluissent, interrogarentque eum, quidnam vellet domum renuntiari, tunc ita mandavit dicere: Ejusmodi possessiones et viatica liberis oportere parari, quae etiam e naufragio una possent enatare.

Aristippus Socraticus non erubuit, quum esset objectum, habere eum Laida. Habeo, inquit; non habeor a Laide. Fam. 9, 26.

Eorum, qui voluptatem finem bonorum esse voluerunt, princeps Aristippus, qui Socratem audierat; unde Cyrenaici: post Epicurus, cujus est disciplina nunc notior, nec tamen cum Cyrenaicis de ipsa voluptate consentiens (1). Aristippus *enim*, quasi animum nullum habeamus, corpus solum tuetur, eamque voluptatem, qua sensus dulciter ac jucunde movetur. Ac. 2, 42. Ib. c. 45. Fin. 2, 6.

Epicurus summum bonum in voluptate animi esse censet, Aristippus in voluptate corporis. *Ita Lactant. Instit. div. l. 3. c. 7.*

Socraticus Aristippus non dubitavit summum malum dolorem dicere. Deinde ad hanc enervatam muliebremque sententiam satis docilem se Epicurus praebuit. Tusc. 26.

Omnes de summo bono sententias philosophorum, in quibus nulla inest virtutis adjunctio, omnino a phi- Fin. 2, 13.

1) Epicurus *stantem* voluptatem vel indolentiam, Aristippus voluptatem *moventem* i. e. suaves corporis motus, summis laudibus celebrabat.

a philosophia semovendas putabo: primum Aristippi Cyrenaicorumque omnium, quos non est veritum, in ea voluptate, quae maxima dulcedine sensum moveret, summum bonum ponere, contemnentes istam (Epicuri) vacuitatem doloris. Hi non viderunt, ut ad cursum, equum; ad arandum, bovem; ad indagandum, canem; sic hominem ad duas res, ut ait Aristoteles, ad intelligendum et agendum esse natum, quasi mortalem deum: contraque ut tardam aliquam et languidam pecudem ad pastum et ad procreandi voluptatem hi hoc divinum animal ortum esse voluerunt, quo nihil mihi videtur absurdius. Atque haec contra Aristippum, qui eam voluptatem non modo summam, sed solam etiam ducit, quam omnes unam appellamus voluptatem. Aliter autem Epicureis (2) placet. Sed ille, ut dixi, vitiose. Nec enim figura corporis, nec ratio excellens ingenii humani significat, ad hanc unam rem natum hominem, ut frueretur voluptatibus. Nec vero audiendus Hieronymus, cui summum bonum est idem, quod Epicurei interdum, vel potius nimium saepe dicunt, nihil dolere. Non enim, si malum dolor est, carere eo malo satis est ad bene vivendum. Hoc dixerit potius Ennius:

Nimium boni est, cui nihil est mali.

Nos beatam vitam non depulsione mali, sed adeptione boni judicemus: nec eam cessando sive gaudentem, ut Aristippus, sive non dolentem, ut hic, sed agendo aliquid considerandove quaeramus.

Aelian. V. H. 14, 6. *Παvυ σφοδρα ερρωμενως* (3) *εῳκει λεγειν ὁ Αριστιππος, παρεγγυων, μητε τοις παρελθουσιν επικαμνειν, μητε των επιοντων προκαμνειν. Ευθυμιας γαρ δειγμα το τοιουτο, και ἵλεω διανοιας αποδειξις. Προσεταττε δε, εφ᾽ ἡμερᾳ την γνωμην εχειν, καὶ αυ παλιν*

(2) Qui duplicem constituunt voluptatem, *stantem* et *moventem*.

(3) i. e. firmis rationibus utens.

παλιν της ἡμερας επ᾽ εκεινῳ τῳ μερει, καθ᾽ ὁ ἑκαςος η πραττει τι, η εννοει. Μονον γαρ εφασκεν ἡμετερον ειναι το παρον, μητε δε το φθανον (4), μητε το προσδοκωμενον· το μεν γαρ απολωλεναι, το δε αδηλον ειναι, ειπερ εςαι.

Φιλοσοφων αἱρεσεις ὁλαι της περι την τρυφην αἱρεσεως αντεποιησαντο, και ἡ γε Κυρηναϊκη καλουμενη απ᾽ Αριςιππου του Σωκρατικου την αρχην λαβουσα, ὁς αποδεξαμενος την ἡδυπαθειαν, ταυτην τελος ειναι εφη, και εν αυτη την ευδαιμονιαν βεβλησθαι και μονοχρονον (5) αυτην ειναι, παραπλησιως τοις ασωτοις ουτε την μνημην των γεγονυιων απολαυσεων προς αὑτον ἡγουμενος, ουτε την ελπιδα των εσομενων, αλλ᾽ ἑνι μονῳ το αγαθον κρινων τῳ παροντι. το δε απολελαυκεναι και απολαυσειν ουδεν νομιζων προς αὑτον, το μεν ὡς ουκετ᾽ ον, το δε ουπω και αδηλον· ὁποιον και οἱ τρυφωντες πασχουσι, το παρον ευ ποιειν αξιουντες. Ὡμολογησε δε αυτου τῳ δογματι και ὁ βιος, ὁν εβιωσεν εν παση τρυφη και πολυτελεια μυρων και εσθητων και γυναικων. Λαϊδα γουν αναφανδον ειχε την ἑταιραν, και ταις Διονυσιου πολυτελειαις εχαιρεν. Athenaeus l. 12.

CYRENAICI.

Ab Ariſtippo Cyrenaici atque Annicerii (6) philoſophi nominati, omne bonum in voluptate poſuerunt: virtutemque cenſuerunt ob eam rem eſſe laudandam, quod efficiens eſſet voluptatis; quibus obſoletis floret Epicurus, ejusdem fere adjutor auctorque ſententiae. Off. 3, 33.

Si eſſet in voluptate ſummum bonum, optabile eſſet, Fin. 2, 34.

(4) φθανον eſt praeteritum tempus, ut προσδοκωμενον futurum.

(5) Solius nimirum temporis *praeſentis.*

(6) Annicerii ex numero ſucceſſorum Ariſtippi quaedam in illius diſciplina immutavit.

esset, in voluptate maxima, nullo intervallo interjecto, dies noctesque versari, quum omnes sensus dulcedine omni quasi perfusi moverentur. Quis est autem dignus nomine hominis, qui unum diem totum velit esse in isto genere voluptatis? Cyrenaici quidem non recusant.

Tusc. 3, 13. Cyrenaici non omni malo aegritudinem effici censent, sed insperato et nec opinato malo.

Diog. L. l. 2. f. 86. Οἱ επι της αγωγης της Αριςιππου μειναντες, και Κυρηναϊκοι προσαγορευθεντες, δοξαις εχρωντο τοιαυταις. δυο παθη ὑφιςαντο, πονον και ἡδονην· την μεν λειαν κινησιν, την ἡδονην· τον δε πονον, τραχειαν κινησιν· μη διαφερειν τε ἡδονην ἡδονης, μηδε ἡδιον τι ειναι (7). και την μεν, ευδοκητην πασι ζωοις· τον δε, αποκρουςικον. ἡδονην μεν τοι την του σωματος, ου την καταςηματικην (8) ἡδονην, την επ' αναιρεσει αλγηδονων, και οἱον ανοχλησιαν, ἡν ὁ Επικουρος αποδεχεται, τελος (9) ειναι φασι. δοκει δ' αυτοις και τελος ευδαιμονιας διαφερειν. τελος μεν γαρ ειναι την κατα μερος ἡδονην· ευδαιμονιαν δε το εκ των μερικων ἡδονων συςημα. ειναι τε την μερικην ἡδονην αἱρετην, την δ' ευδαιμονιαν ου δι' αὑτην, αλλα δια τας κατα μερος ἡδονας. ειναι δε την ἡδονην αγαθον, καν απο των ασχημοτατων γενηται. ει γαρ και ἡ πραξις ατοπος ειη, αλλ' ουν ἡ ἡδονη δι' αὑτην αἱρετη και αγαθον. ἡ δε του αλγουντος ὑπεξαιρεσις (10) (ὡς ειρηται παρ' Επικουρω) δοκει αυτοις μη ειναι ἡδονη· ουδε ἡ αηδονια αλγηδων. εν κινησει γαρ ειναι αμφοτερα, μη ουσης της απονιας η της αηδονιας κινησεως· επει ἡ απονια οἱονει καθευδοντος εςι καταςασις. — αλλα μην ουδε κατα μνημην των αγαθων η προσδοκιαν ἡδονην φασιν αποτελεισθαι· ὁπερ ηρεσκεν Επικουρω. εκλυεσθαι γαρ τῳ χρονῳ

(7) Nec aliud alio dulcius esse.
(8) Idem quod Ciceroni est voluptas *stans* s. *stabilis*.
(9) sc. *αγαθων* i. e. finis bonorum s. summum bonum.
(10) Doloris amotio.

νῳ το της ψυχης κινημα. — Πολυ μεν τοι των ψυχικων ἡδονων τας σωματικας αμεινους ειναι, και τας οχλησεις χειρους τας σωματικας.

Cyrenaici praeter permotiones intimas nihil putant esse judicii. *Etenim* in solo tactu, et eo quidem, quem philosophi interiorem vocant, aut doloris aut voluptatis, Cyrenaici putant veri esse judicium, quia sentiatur. Ac. 2, 46. ibid. c. 7.

Quid Cyrenaei videntur? minime contemti philosophi; qui negant esse quidquam, quod percipi possit extrinsecus, ea se sola percipere, quae tactu intimo sentiant, ut dolorem, ut volupatem: neque se, quo quid colore, aut quo sono sit, scire, sed tantum sentire, affici se quodam modo. ib. c. 24.

Φασιν ουν οἱ Κυρηναικοι, κριτηρια (11) ειναι τα παθη, και μονα καταλαμβανεσθαι, και αδιαψευςα τυγχανειν· των δε πεποιηκοτων τα παθη μηδεν ειναι καταληπτον μηδε αδιαψευςον. ὁτι μεν γαρ λευκαινομεθα, φασι, και γλυκαζομεθα (12), δυνατον λεγειν αδιαψευςως και αληθως και βεβαιως ανεξελεγκτως· ὁτι δε το εμποιητικον του παθους λευκον εςιν η γλυκυ εςιν, ουχ οἱον τ' αποφαινεσθαι. εικος γαρ εςι, και ὑπο μη λευκου τινος λευκαντικως διατεθηναι· και ὑπο μη γλυκεος γλυκανθηναι. — ενθεν ουδε κριτηριον φασιν ειναι κοινον ανθρωπων· ονοματα δε κοινα τιθεσθαι τοις κριμασι. λευκον μεν γαρ τι και γλυκυ καλουσι κοινως παντες· κοινον δε τι λευκον η γλυκυ ουκ εχουσιν. ἑκαςος γαρ του ιδιου παθους αντιλαμβανεται. το δε, ει τουτο το παθος απο λευκου εγγινεται αυτῳ και τῳ πελας, ουτ' αυτος δυναται λεγειν, μη αναδεχομενος το του πε- Sext. E. a. Math. l. 7. f. 191.

(11) *κριτηρια* i. e. judices veri falsique. Sensuum passiones docebant comprehendi posse nec esse fallaces, judicium autem de rebus sensu perceptis falli.

(12) *λευκαινομεθα και γλυκαζομεθα* i. e. specie alboris aut dulcedinis afficimur.

πελας παθος, ουτε ὁ πελας; μη αναδεχομενος το εκεινου. μηδενος δε κοινου παθους περι ἡμας γινομενου, προπετες εςι το λεγειν, ὁτι το εμοι τοιον φαινομενον, τοιον και τῳ παρεςωτι φαινεται. ταχα γαρ εγω μεν οὑτω συγκεκριμαι (13) ὡς λευκαινεσθαι ὑπο του εξωθεν προσπιπτοντος· ἑτερος δε οὑτω κατεσκευασμενην ἐχει την αισθησιν, ὡςε ἑτερως διατεθηναι. ου παντως ουν κοινον εςι, το φαινομενον ἡμιν· — ὡςε κοινα μεν ἡμας ονοματα τιθεναι τοις πραγμασι, παθη δε γε εχειν ιδια.

Strab. l. 17. p. 837. Ανδρες εγενοντο γνωριμοι Κυρηναιοι, Αριςιππος τε ὁ Σωκρατικος, ὁςις και την Κυρηναϊκην κατεβαλετο φιλοσοφιαν, και θυγατηρ Αρητη τουνομα, ἡπερ διεδεξατο την σχολην, και ὁ ταυτην παλιν διαδεξαμενος υἱος Αριςιππος, ὁ κληθεις Μητροδιδακτος· και Αννικερις, ὁ δοκων επανορθωσαι την Κυρηναϊκην αἱρεσιν, και παραγαγειν αντ᾽ αυτης την Αννικεριαν.

Praeter hos memoratu inprimis digni sunt Antipater, Hegesias, Theodorus, Euhemerus.

ANTIPATER.

Tusc. 5, 38. Illud Antipatri Cyrenaici est quidem paulo obscoenius, sed non absurda sententia est: cujus coecitatem quum mulierculae lamentarentur: Quid agitis, inquit: an vobis nulla videtur voluptas esse nocturna?

HEGESIAS.

ib. 1, 34. A malis mors abducit, non a bonis, verum si quaerimus. Et quidem hoc a Cyrenaico Hegesia sic copiose disputatur, ut is a rege Ptolemaeo prohibitus esse dicatur, illa in scholis dicere, quod multi his auditis

(13) Ego fortasse ita sum *compositus* (συγκρινειν enim commiscendi et coagmentandi vim habet) ut album mihi videatur hoc, quod extrinsecus mihi se offert. Alter forsan ita constitutus est, ut aliter afficiatur.

auditis mortem sibi ipsi consciscerent. Hujus Hegesiae liber est *Αποκαρτερων* (14), in quo a vita quidam per inediam discedens revocatur ab amicis: quibus respondens vitae humanae enumerat incommoda. Possem id etiam facere; etsi minus quam ille, qui omnino vivere expedire nemini putat.

Quantum eloquentia valuisse Hegesiam, Cyrenaicum philosophum, arbitramur? qui sic mala vitae repraesentabat, ut, eorum miseranda imagine audientium pectoribus inserta, multis voluntariae mortis oppetendae cupiditatem ingeneraret; ideoque a rege Ptolemaeo ulterius hac de re disserere prohibitus est. Valer. M. l. 8. c. 9.

THEODORUS.

Cyrenaeum Theodorum, philosophum non ignobilem, nonne miramur? Cui quum Lysimachus rex crucem minaretur: Istis quaeso, inquit, ista horribilia minitare, purpuratis tuis. Theodori quidem nihil interest, humine an sublime putrescat. Tusc. 1, 43.

Theodorus Lysimacho mortem minitanti: Magnum vero, inquit, effecisti, si cantharidis vim consecutus es. ib. 5, 40.

Nullos esse omnino deos Diagoras Melius et Theodorus Cyrenaicus putaverunt. Nat. deor. l. 1. c. 1.

Quid? Diagoras, atheos qui dictus est, posteaque Theodorus, nonne aperte Deorum naturam sustulerunt? ib. 1, 23.

EUHEMERUS.

Quid? qui aut fortes aut claros, aut potentes viros tradunt post mortem ad deos pervenisse, eosque esse ipsos, quos nos colere, precari, venerarique soleamus, ib. 1, 42.

(14) *αποκαρτερων* est, qui cibo abstinet, ut a vita per inediam discedat.

fnus, nonne expertes sunt religionum omnium? quae ratio maxime tractata ab Euhemero est, quem noster et interpretatus et secutus est, praeter ceteros, Ennius. Ab Euhemero autem et mortes et sepulturae demonstrantur deorum? Utrum igitur hic confirmasse videtur religionem, an penitus totam sustulisse?

Sext. E. a. M. l. 9. *Ευημερος, ὁ επικληθεις αθεος, φησιν· ὅτ' ἠν ατακτος ανθρωπων βιος, οἱ περιγενομενοι των αλλων ισχυει τε και συνεσει, ὡςε προς τα ὑπ' αυτων κελευομενα παντας βιουν* (15), *σπουδαζοντες μειζονος θαυμασμου και σεμνοτητος τυχειν, ανεπλασαν περι αὑτους ὑπερβαλλουσαν τινα και θειαν δυναμιν, ενθεν και τοις πολλοις ενομισθησαν θεοι.*

Lactant. l. 1. c. 11. Antiquus auctor Euhemerus, qui fuit ex civitate Messene, res gestas Jovis et ceterorum, qui dii putantur, collegit, historiamque contexuit ex titulis et inscriptionibus sacris, quae in antiquissimis templis habebantur, maximeque in fano Jovis Triphylii (16), ubi auream columnam positam esse ab ipso Jove, titulus indicabat: in qua columna gesta sua perscripsit, ut monumentum esset posteris rerum suarum. Hanc historiam interpretatus est Ennius et secutus, cujus haec verba sunt ibi: Jupiter imperium Neptuno dat maris, ut insulis omnibus, et, quae secus mare essent, locis regnaret.

Clem. Al. Protrept. p. 20. *Θαυμαζειν επεισι μοι, ὁτῳ τροπῳ Ευημερον τον Ακραγαντινον, και Διαγοραν και Ἱππωνα τον Μηλιον, τον τε Κυρηναιον επι τουτοις εκεινον, ὁ Θεοδωρος*

(15) Ut ad eorum jussa omnes vitam componerent.
(16) In Insula Oceani Arabici Panchaia, cujus incolae *εκ τριων φυλων* constabant, ut narrat Diodorus Sic l. V. c. 45. Hinc Jovis Triphylii nomen. Universam tamen Panchaiam ab Euhemero esse confictam, affirmat Plutarchus de Isid. et Osir.

δωρος ονομα αυτω, και τινας αλλους συχνους, σωφρονως βεβιωκοτας, και καθεωρακοτας οξυτερον που των λοιπων ανθρωπων την αμφι τους θεους πλανην, αθεους επικεκληκασιν· ει και την αληθειαν αυτην μη νενοηκοτας, αλλα την πλανην γε ὑπωπτευκοτας· ὁπερ ου σμικρον εις αληθους φρόνησεως ζωπυρον αναφυεται σπερμα.

IX. ELIACI seu ERETRIACI

quorum auctor fuit

PHAEDON.

Phaedon Elidenſis *etiam* ex cohorte illa Socratica fuit, Socratique et Platoni per fuit familiaris. Ejus nomini Plato illum librum divinum de immortalitate animae dedit. Is Phaedon ſervus fuit forma atque ingenio liberali. Eum Cebes Socraticus hortante Socrate emiſſe dicitur, habuiſſeque in philoſophiae diſcipulis. Atque is poſtea philoſophus illuſtris fuit, ſermonesque ejus de Socrate admodum elegantes leguntur. *) Aul. Gell. 2, 18.

MENEDEMUS.

A Menedemo, quod is Eretrius fuit, Eretriaci appellati *(qui antea Eliaci)*; quorum omne bonum in mente poſitum, et mentis acie, qua verum cerneretur. Ac. 2, 42.

ASCLEPIADES.

Aſclepiadem ferunt, non ignobilem Eretricum philoloſophum, quum quidam quaereret, quid ei coecitas attuliſſet, reſpondiſſe, puero ut uno eſſet comitatior. Tuſc. 5, 39.

Τους

*) Eorum tamen nihil ad noſtram aetatem pervenit.

Athen. l. 4 p. m. 168. *Τους ασωτους και τους μη εκ τινος περιουσιας ζωντας το παλαιον εκαλουν τε οἱ Αρεοπαγιται και ἐκολαζον. Μενεδημον γουν και Ασκληπιαδην τους φιλοσοφους, νεους οντας και πενομενους, μεταπεμψαμενοι ηρωτησαν, πως ὁλας τας ἡμερας τοις φιλοσοφοις συσχολαζοντες, κεκτημενοι δε μηδεν, ευεκτουσιν ὑτω τοις σωμασι· και οἱ εκελευσαν μεταπεμφθηναι τινα των μυλωθρων. ελθοντος δε εκεινου και ειποντος, ὁτι νυκτος ἑκαςης κατιοντες εις τον μυλωνα και αλουντες δυο δραχμας αμφοτεροι λαμβανουσι, θαυμασαντες οἱ Αρεοπαγιται διακοσιαις δραχμαις ετιμησαν αυτους.*

X. MEGARICI SEU ERISTICI.

Ac. 2, 42. Megaricorum fuit nobilis disciplina, cujus, ut scriptum video, princeps Xenophanes, deinde eum secuti Parmenides et Zeno. Itaque ab his Eleatici philosophi nominabantur (1). Post

EUCLIDES,

Socratis discipulus MEGAREUS: a quo iidem illi Megarici dicti, qui id bonum solum esse dicebant, quod esset unum, et simile, et idem semper.

A. Gell. N. A 6, 10. Decreto suo Athenienses caverant, ut, qui Megaris civis esset, si intulisse Athenas pedem prehensus esset, ut ea res ei homini capitalis esset. Tanto Athenienses odio flagrabant finitimorum hominum Megarensium. Tum Euclides, qui indidem Megaris erat, quique ante id decretum et esse

(1) Megarici philosophi quum non solum dogmata quaedam sed inprimis acrem istam et sophisticam disputandi rationem accepissent ab Eleaticis, dialectices litigiosae auctoribus, non mirandum, Ciceronem l. l. Megaricae scholae origines ab Eleaticis repetere.

esse Athenis et audire Socratem consueverat, postquam id decretum sanxerunt, sub noctem, quum advesperasceret, tunica longa muliebri indutus et pallio versicolore, amictus et caput rica velatus e domo sua Megaris Athenas ad Socratem commeabat; ut vel noctis aliquo tempore consiliorum sermonumque ejus fieret particeps: rursusque sub lucem millia passuum paullo amplius viginti, eadem veste illa tectus, redibat.

Ἡ τῶν Μεγαρεων πολις εσχε ποτε και φιλοσοφων διατριβας τῶν προσαγορευθεντων Μεγαρικων, Ευκλειδην διαδεξαμενων Σωκρατικον, Μεγαρεα το γενος· καθαπερ και Φαιδωνα μεν τον Ἠλειον οἱ Ἠλιακοι διεδεξαντο, και τουτον Σωκρατικον, Μενεδημον δε τον Ερετριεα οἱ Ερετριακοι. Strabo l. 9. p. 393.

Ευκλειδης απο Μεγαρων των προς Ισθμῳ. ὗτος και τα Παρμενιδεια μετεχειριζετο, και οἱ απ' αυτου Μεγαρικοι προσηγορευοντο, ειτ' εριςικοι, ὑςερον δε διαλεκτικοι, ὓς ὕτως ωνομασε πρωτος Διονυσιος ὁ Καρχηδονιος (2), δια το προς ερωτησιν τους λογους διατιθεσθαι. προς τουτον φησιν ὁ Ἑρμοδωρος (3) αφικεσθαι Πλατωνα και τους λοιπους φιλοσοφους μετα την Σωκρατους τελευτην, δεισαντας την ωμοτητα των τυραννων. Diog. L. l. 2. §. 106.

EUBULIDES.

Της Ευκλειδου διαδοχης εςι και Ευβουλιδης ὁ Μιλησιος, ὃς και πολλους εν διαλεκτικῃ λογους ηρωτησε, τον τε Ψευδομενον και Ηλεκτραν και Εγκεκαλυμμενον και Σωρειτην, και Κερατινην. ib. §. 108.

Ut intelligantur nomina harum argumentationum captiosarum, in quibus mirifice sibi placebant

(2) Scriptor obscurus. Legendum aliis videtur Χαλκηδονιος, aliis Καλχηδονιος. vid. Menage ad Diog. L.

(3) Hermodorus Siculus, Platonis discipulus, non multo notior est Dionysio illo.

Eristici philosophi, *eoque simul misera dialecticae hujus philosophiae facies*, *in ejusmodi nugis ac tricis occupatae*, *perspiciatur*, *eorum explicationes ex antiquis auctoribus petitas adjiciam.*

Ψευδομενον, f. Mentientem *Cicero* (Acad. 2, 30) *ita explicat*: Si dicis te mentiri verumque dicis, mentiris. Dicis autem te mentiri, verumque dicis. Mentiris igitur.

Electram et Velatum (*Εγκεκαλυμμενον*) *optime explicat et deridet* Lucianus *in festivo illo dialogo* (*βιων πρασις*), *quo philosophos auctionis lege vendi fingit. Emtorem ibi atque Chrysippum*, *qui et ipse talium sophismatum amore tenebatur*, *ita loquentes facit*:

ΧΡΥΣΙΠΠΟΣ. Θαρρει· αλλα γαρ σε διδαξομαι θαυμασιωτερα.

ΑΓΟΡΑΣΤΗΣ. Τα ποια;

ΧΡΥΣ. Την Ηλεκτραν και τον Εγκεκαλυμμενον.

ΑΓΟΡ. Τινα τουτον Εγκεκαλυμμενον η τινα την Ηλεκτραν λεγεις;

ΧΡΥΣ. Ηλεκτραν μεν εκεινην, την Αγαμεμνονος, ἡ τα αυτα οιδε τε άμα και ουκ οιδε· παρεςωτος γαρ αυτη του Ορεςου ετι αγνωτος, οιδε μεν Ορεςην, ότι αδελφος αυτης· ότι δε ὑτος Ορεςης, αγνοει (4). *Τον δ' αυ Εγκεκαλυμμενον και πανυ θαυμαςον ακουση λογον· αποκριναι γαρ μοι· τον πατερα οισθα τον σεαυτου;*

ΑΓΟΡ. Ναι.

ΧΡΥΣ. Τι ουν; ην σοι παραςησας τινα εγκεκαλυμμενον, ερωμαι, τουτον οισθα; τι φησεις;

ΑΓΟΡ.

(4) Electra enim, quum frater Orestes, quem infantem ipsa a patria domo ablegaverat et peregre educandum curaverat, rediret patris Agamemnonis caedem ulturus, non statim agnovit fratrem. Vid. Aeschyli Choephorae, et Sophoclis atque Euripidis Electra.

ΑΓΟΡ. Δηλαδη αγνοειν.

ΧΡΥΣ. Αλλα μην αυτος ην ὁ πατηρ ὁ σος, ὡςε, ει τουτον αγνοεις, δηλος ει τον πατερα τον σον αγνοων.

ΑΓΟΡ. Ουμενουν· αλλ' αποκαλυψας αυτον εισομαι την αληθειαν.

De Sorite *ita apud Ciceronem disputat Lucullus:* Reprehendendum, quod captiosissimo genere interrogationis utuntur: quod genus minime in philosophia probari solet. Cum aliquid minutatim et gradatim additur aut demitur, soritas hoc vocant, quia acervum efficiunt uno addito grano (5). Vitiosum sane et captiosum genus. Ac. 2, 16.

Ibidem ipse Cicero, respondens Lucullo:

Dialectica tradit elementa loquendi et ambiguorum intelligentiam concludendique rationem: tum, paucis additis, venit ad soritas, lubricum sane et periculosum locum, quod tu modo dicebas esse vitiosum interrogandi genus. Quid ergo? istius vitii num nostra culpa est? Rerum natura nullam nobis dedit cognitionem finium, ut ulla in re statuere possimus, quatenus. Nec hoc in acervo tritici solum, unde nomen est, sed nulla omnino in re minutatim interrogati: dives, pauper; clarus, obscurus sit; multa, pauca; magna, parva; longa, brevia; lata, angusta: quanto aut addito aut demto certum respondeamus, non habemus. c. 28.

Κερατινη hoc modo procedit:

Ει τι ουκ απεβαλες, τουτο εχεις. Κερατα δε ουκ απεβαλες. Κερατα αρα εχεις. Ευβουλιδου τουτο φασιν. Diog. L. l. VII.

Sophisticae hujus dialectices, quae a philosophis Megaricis inprimis tractabatur, leges ita nobis describit Gellius:

(5) Quaeritur enim, num unum granum vel duo constituant acervum (σωρον). Si hoc negaveris, additur unum et sic porro, donec eo perveneris, ut concedendum sit, uno grano effici acervum.

N. A. l. 16, 2. Legem eſſe ajunt diſciplinae dialecticae, ſi de quapiam re quaeratur diſputeturque, atque ibi quid rogare, ut reſpondeas: tum ne amplius quid dicas, quam id ſolum, quod es rogatus, aut ajas aut neges, eamque legem qui non ſervent et aut plus aut aliter, quam ſunt rogati, reſpondeant, exiſtimantur rudes indoctique eſſe, diſputandique morem atque rationem non tenere. Hoc quidem, quod dicunt, in plerisque diſputationibus procul dubio fieri oportet. Indefinitus namque inexplicabilisque ſermo fiet, niſi interrogationibus reſponſionibusque ſimplicibus fuerit determinatus. Sed enim eſſe quaedam videntur, in quibus ſi breviter et ad id, quod rogatus fueris, reſpondeas, capiare. Nam ſi quis his verbis interroget: poſtulo uti reſpondeas, *deſierisne facere adulterium, an non?* utrumcunque dialectica lege reſponderis, ſive ajas, ſive neges, haerebis in captione, tanquam ſi te dicas adulterum. Sed quod minus eſt in interrogatione, id eſt addendum. Nam qui facere non deſinit, non id neceſſario etiam fecit; falſa igitur eſt ſpecies iſtius captionis: et nequaquam procedere ad id poteſt, ut colligi concludique poſſit, eum facere adulterium, qui ſe negaverit facere deſiſſe. Quid autem legis iſtius propugnatores in illa captiuncula facient, in qua haerere eos neceſſum eſt, ſi nihil amplius, quam quod interrogati erunt, reſponderint? Nam ſi ita ego iſtorum aliquem rogem: *Quidquid non perdidiſti, habeasne an non habeas?* poſtulo ut ajas, aut neges: utrumcunque breviter reſponderit, capietur. Nam ſi, non habere ſe, negaverit, quod non perdidit; colligetur, oculos eum non habere, quos non perdidit. Sin vero habere ſe dixerit; colligetur *eum habere cornua, quae non perdidit.* Rectius igitur cautiusque ita reſpondebitur: quidquid habui, id habeo,

ſi

si id non perdidi. Sed hujuscemodi responsio non fit ex ea lege, quam diximus. Plus enim quam quod rogatus est, respondet; et propterea id quoque ad eam legem addi solet, non esse captiosis interrogationibus respondendum.

Excelluere praeterea inter Megaricos Alexinus, Diodorus *cognomine* Cronus, *et* Stilpo, *de quibus ita Cicero, ubi contra Lucullum, Academicos impugnantem, disputat:*

Habeo molestos vobis (6), sed minutos, Stilponem, Diodorum, Alexinum, quorum sunt contorta et aculeata quaedam sophismata: sic enim appellantur fallaces conclusiunculae. Acad. 2, 24.

In hoc ipso, quod in elementis dialectici docent, quomodo judicare oporteat, verum falsumne sit, si quid ita connexum est ut hoc: Si dies est, lucet — quanta contentio est! Aliter Diodoro, aliter Philoni (7), Chrysippo aliter placet. ib. 2, 47.

Chrysippo cum Diodoro, valente Dialectico, certamen est; hic enim id solum fieri posse dicit, quod aut sit verum aut futurum sit verum, et, quidquid futurum sit, id dicit fieri necesse esse; et quidquid non sit futurum, id negat fieri posse. Chrysippus, et quae non sunt futura, posse fieri dicit, ut frangi hanc gemmam, etiamsi id nunquam futurum sit: neque necesse fuisse, Cypselum regnare Corinthi, quanquam id millesimo ante anno Apollinis oraculo editum esset. Fat. 6.

Ad hanc Diodori de eo, quod fieri aut non fieri possit, sententiam, illiusque cum Chrysippo Stoi-

 co

(6) Qui esse καταληπτα i. e. quae comprehendi et certo cognosci possint, confirmare conamini.

(7) Philo cognomine Dialecticus, Diodori Croni discipulus, (Diog. L. 7, 16.) a quo in ipsis principiis dialecticis dissidebat.

co controversiam respicit Cicero in epistola quadam ad Varronem, ubi ita jocatur:

Fam. 9, 4. *Περι δυνατων* me scito *κατα Διοδωρον κρινειν.* Quapropter, si venturus es, scito necesse esse, te venire; sin autem non es, *των αδυνατων* est, te venire. Nunc vide, utra te *κρισις* magis delectet, *Χρυσιππεια* ne, an haec, quam noster Diodorus non concoquebat. Sed de his etiam rebus, otiosi quum erimus, loquemur; hoc etiam *κατα Χρυσιππον δυνατον* est.

Sext. E. Pyrrh. H. l. 2. c. 22. *Φερεται Ἡροφιλου του ιατρου χαριεν απομνημονευμα. συνεχρονισε γαρ ούτος Διοδωρω, ὃς εν απειροκαλω τη διαλεκτικη λογους διεξηει σοφιςικους, κατα τε αλλων πολλων και της κινησεως. (ει κινειται τι, ητοι εν ᾧ εςι τοπω κινειται, η εν ᾧ ουκ εςιν. Ουτε δε, εν ᾧ εςι· μενει γαρ. Ουτε δε, εν ᾧ μη εςι· πως γαρ αν ενεργοιη τι εν εκεινω, εν ᾧ μηδε την αρχην εςιν; Ουκ αρα κινειται τι). ὡς ουν εκβαλων ποτε ωμον ὁ Διοδωρος ἡκε θεραπευθησομενος ὡς Ἡροφιλον, εχαριεντισατο εκεινος προς αυτον, λεγων· ητοι εν ᾧ ην τοπω ὁ ωμος, εκπεπτωκεν, η εν ᾧ ουκ ην. Ουτε δε εν ᾧ ην, ουτε εν ᾧ ουκ ην. Ουκ αρα εκπεπτωκεν· ὡς τον σοφιςην λιπαρειν, εαν μεν τους τοιουτους λογους, την δε εξ ιατρικης ἁρμοζουσαν αυτῳ προσαγειν θεραπειαν.*

Plin. H. N. 7, 53. Pudore obiit Diodorus, sapientiae dialecticae professor, lusoria quaestione non protinus ad interrogationes Stilponis dissoluta.

STILPO.

Diog. L. l. 2. f. 113. *Στιλπων Μεγαρευς, διηκουσε μεν των απ' Ευκλειδου τινων· οἱ δε και αυτου Ευκλειδου ακουσαι φασιν αυτον. Τοσουτον δ' εὑρεσιλογια και σοφιςεια προηγε τους αλλους, ὡςε μικρου δεησαι, πασαν την Ελλαδα αφορωσαν εις αυτον μεγαριςαι* (8).

Stil-

(8) i. e. ita superavit alios, ut parum abesset, quin tota Graecia ad eum respiciens illius disciplinae nomen daret.

Stilponem, Megareum philosophum, acutum sane hominem et probatum temporibus illis accepimus. Hunc scribunt ipsius familiares et ebriosum et mulierosum fuisse: neque haec scribunt vituperantes, sed potius ad laudem: vitiosam enim naturam ab eo sic edomitam et compressam esse doctrina, ut nemo unquam vinosum illum, nemo in eo libidinis vestigium viderit. Fat. 5.

Megara Demetrius ceperat, cui cognomen Poliorcetes fuit. Ab hoc Stilpon philosophus interrogatus, numquid perdidisset: Nihil, inquit: omnia namque mea mecum sunt. Atqui et patrimonium ejus in praedam cesserat; et filios rapuerat hostis et patriam. At ille victoriam illi excussit: et se, urbe capta, non invictum tantum, sed indemnem esse testatus est. Habebat enim secum vera bona, in quae non est manus injectio. At ea, quae dissipata et direpta ferebantur, non judicabat sua sed adventitia, et nutum fortunae sequentia: ideo non ut propria dilexerat. Seneca de Constant.

Κολωτης (9) προσμαχεται Στιλπωνι, και τα μεν αληθινα δογματα και τους λογους του ανδρος, οἷς ἑαυτον τε κατεκοσμει και πατριδα και φιλους και των βασιλεων τους περι αυτον σπουδασαντας, ουτε γεγραφε, ουδε ὁσον ην φρονημα τη ψυχη μετα πραοτητος και μετριοπαθειας· ὧν δε παιζων και χρωμενος προς τους σοφιςας λογαριων προυβαλε γελωτι αυτοις, ἑνος μνησθεις, και μηδεν ειπων προς τουτο, μηδε λυσας την πιθανοτητα, τραγωδιαν επαγει τω Στιλπωνι (10), και τον βιον αναιρεισθαι φησιν ὑπ' αυτου Plutarch. adv. Colot.

daret. *Μεγαριζειν* enim h. l. est τα του *Μεγαρεως Στιλπωνος φρονειν*.

(9) Colotes, philosophus Epicureus, qui praeter alios multos philosophos Stilponem quoque impugnaverat.

(10) *τραγωδιαν επαγει Στιλπωνι* i. e. acerbe invehitur in Stilponem.

αυτου λεγοντος, ἑτερον ἑτερου μη κατηγορεισθαι (11). Πως γαρ βιωσομεθα, μη λεγοντες ανθρωπον αγαθον, μηδε ανθρωπον ςρατηγον, αλλα ανθρωπον ανθρωπον, και χωρις, αγαθον αγαθον, και ςρατηγον ςρατηγον, μηδε ἱππεις μυριους, μηδε πολιν εχυραν, αλλα ἱππεις και μυριους μυριους, και ταλλα ὁμοιως· τις δε τον λογον ακουσας ου συνηκεν, ὁτι παιζοντος εςιν ευμουσως, η γυμνασμα τουτο προβαλλοντος ἑτεροις διαλεκτικον;

XI. ACADEMICI,

quorum princeps et auctor fuit PLATO.

Priusquam Ciceronis de hoc celeberrimo Philosopho locos afferam, vitam illius Apuleji verbis enarrabo, quemadmodum exstat in Platonici hujus scripto de dogmate Platonis.

Platoni habitudo corporis cognomentum dedit (1): namque Aristocles prius nominatus. Aristo ei fuisse pater dictus est. Ceterum Perictione, Glauci

(11) i. e. unum de alio praedicari non posse. Non enim idem esse Subjectum cum Praedicato, aliamque illius, aliam hujus esse definitionem. Ita aliud esse hominem, aliud bonum, nec ea posse de se praedicari, quum et hominis alia essentia sit et boni. Si enim unum idemque esset homo et bonum, non dici posse praedicarive, medicinam quoque bonam esse, cibumque esse bonum. Quam misera et cavillatoria tota haec disputatio fuerit, manifestum est. Quare Bruckerus, cum Plutarcho censet, non serio haec disseruisse Stilponem, sed ingenii potius et dialectici acuminis exercendi causa.

(1) Diog. Laert. l. 3. s. 4. scribit: εγυμνασατο παρα Αριςωνι τῳ Αργειῳ, παλαιςῃ· αφ' οὑ και Πλατων δια την ευεξιαν μετωνομασθη, προτερον Αριςοκλης απο του παππου καλουμενος ονομα· ενιοι δε, δια την πλατυτητα της ἑρμηνειας

Glauci filia, mater fuit, et de utroque nobilitas satis clara. Nam Aristo pater per Codrum ab ipso Neptuno originem duxit. Ab Solone sapientissimo, qui legum Atticarum fundator fuit, maternus derivatus est sanguis. Sunt, qui Platonem augustiore conceptu prosatum dicant; cum quidem Apollinis figuratio Perictionae se miscuisset (2). Mense etiam, qui apud Atticos Thargelion dicitur, natus est, die qua apud Delon Latona fertur Apollinem Dianamque peperisse. Somnium etiam Socratis circumferunt. Nam vidisse sibi visum esse cygni pullum ex altari, quod in Academia Cupidini consecratum est, volasse et in ejus gremio resedisse: et postea olorem illum pennis coelum petisse, canore musico auditus hominum deorumque mulcentem. Quum hoc ergo Socrates in conventu hominum referret, Aristo Platonem puerum, oblaturus Socrati magistro, commodum prosequebatur. Quem ubi aspexit ille, ingeniumque intimum de exteriori conspicatus est facie: Hic ille erat, amici, (inquit) de Academia Cupidinis cygnus. Talis igitur, ac de talibus Plato non solum heroum virtutibus praestitit, verum etiam aequiparavit divum potestatibus. Nam Speusippus, domesticis instructus documen-

νειας (i. e, ob orationis ubertatem) οὑτως ονομασθηναι· η, ὁτι πλατυς ην το μετωπον. Eodem modo cum multis aliis Olympiodorus, qui vitam Platonis descripsit: Εκληθη Πλατων, δια το δυο μορια του σωματος εχειν πλατυτατα· το τε στερνον και το μετωπον, ὡς δηλουσι πανταχου αἱ ανακειμεναι αυτου εικονες οὑτω φαινομεναι.

(2) Hieronymus adv. Jovin. l. 1. ita scribit; „Speusippus, sororis Platonis filius, et Clearchus et Anaxilides Perictionen, matrem Platonis, phantasmate Apollinis oppressam ferunt, et sapientiae principem non aliter arbitrantur nisi de partu virginis editum.

cumentis (³), pueri ejus acre in percipiendo ingenium et admirandae verecundiae indolem laudat, et pubefcentis primitias labore atque amore ftudendi imbutas refert, et in viro harum incrementa virtutum et ceterarum conveniffe teftatur. Ex iisdem genitoribus Glauco et Adimantus ei fratres fuerunt. Doctorem habuit in prima litteratura Dionyfium, at in palaeftra Ariftonem, Argis oriundum. Tantosque progreffus exercitatio contulit ei, ut Pythia et Ifthmia de lucta certaverit. Picturae non afpernatus artem, Tragoedis et Dithyrambis fe utilem finxit. Jamque carminum confidentia elatus, certatorem fe profiteri cupiebat (⁴), nifi Socrates humilitatem cupidinis ex ejus mentibus expuliffet, et verae laudis gloriam in ejus animum inferere curaffet. Et antea quidem Heracliti fecta fuerat imbutus (⁵). Verum

quum

(3) Quippe qui ex forore Platonis natus effet.

(4) Aelianus l. 2. c. 30. ita fcribit: *Πλατων ὁ Αριστωνος τα πρωτα επι ποιητικην ὡρμησεν και ἡρωικα εγραφε μετρα· επειτα αυτα κατεπρησεν, ὑπεριδων αὐτων, επει τοις Ὁμηρου αυτα αντικρινων ἑωρα κατα πολυ ἡττωμενα. επεθετο ουν τραγῳδια, και εμελλεν αγωνιεισθαι, δους ηδη τοις ὑποκριταις τα ποιηματα· προ των Διονυσιων* (quo festo ifta poetarum certamina incipiebant) *δε παρελθων ηκουσε Σωκρατους, και ἁπαξ αἱρεθεις ὑπο της εκεινου σειρηνας, του αγωνισματος ου μονον απεστη τοτε, αλλα και τελεως το γραφειν τραγῳδιαν απερριψε, και απεδυσατο επι φιλοσοφιαν.*

(5) Hoc confirmat Ariftoteles Metaph. 1, 6. *Πλατων εκ νεου συγγενομενος πρωτον Κρατυλῳ* (Heracliti difcipulo) *και ταις Ἡρακλειτειοις δοξαις, ὡς ἁπαντων των αισθητων αει ρεοντων, και επιστημης περι αυτων ουκ ουσης, ταυτα μεν ὑστερον οὑτως ὑπελαβε.* Diffentit Diogenes Laert. l. 3. f. 6., qui poft mortem Socratis demum operam eum dediffe fcribit Cratylo Heracliteo. *γεγονως εικοσιν ετη διηκουσε Σωκρατους· εκεινου δ' απελθοντος* (i. e. *αποθανοντος*) *προσειχε Κρατυλῳ τε τῳ Ἡρακλιτειῳ, και Ἑρμογενει τῳ τα Παρμενιδου φιλοσοφουντι.*

quum ſe Socrati dediſſet, non ſolum ingenio atque doctrina ceteros Socraticos vicit, verum etiam labore et elegantia illuſtravit. Sapientiam ab eo ſibi traditam labore quoque afferere niſus eſt, et eleganti perque venuſta majeſtate verborum plurimum ei adhibuit dignitatis. Sed poſteaquam Socrates homines reliquit, quaeſivit, unde proficeret, et ad Pythagorae diſciplinam ſe contulit. Quam etſi ratione diligenti et magnifica inſtructam videbat, rerum tamen continentiam et caſtitatem magis cupiebat imitari. Et quod Pythagoreorum ingenium adjutum aliis diſciplinis ſentiebat, ad Theodorum Cyrenas (6), ut Geometriam diſceret, eſt profectus. Et Aſtrologiam adusque Aegyptum ivit petitum, ut inde Prophetarum (7) etiam ritus addiſceret. Et ad Italiam iterum venit, et Pythagoreos Eurytum Tarentinum et ſeniorem Archytam ſectatus; atque ad Indos et Magos intendiſſet animum, niſi eum bella tunc vetuiſſent Aſiatica. Quapropter inventa Parmenidis ac Zenonis ſtudioſius executus, ita omnibus, quae admirationi ſunt ſingula, ſuos libros explevit, ut primus tripartitam Philoſophiam copularit, ſibique invicem neceſſarias partes neque pugnare inter ſe tantummodo, ſed etiam mutuis adjuvare auxiliis oſtenderit. Nam quamvis de diverſis officinis haec ei eſſent Philoſophiae membra ſuſcepta, Naturalis ab Heracliticis, Intellectualis a Pythagoreis atque Moralis ex ipſo Socratis fonte: unum tamen ex omnibus et quaſi proprii partus corpus effecit. Multi auditorum

(6) *Θεοδωρος Κυρηναιος, γεωμετρης, οὑ διηκουσε Πλατων.* Ita Diogenes L. ubi de Theodoro philoſopho Cyrenaico loquitur, cum quo hic Platonis praeceptor non eſt confundendus.

(7) i. e. ſacerdotum.

torum ejus utriusque sexus in Philosophia floruerunt (8). Patrimonium in hortulo, qui Academiae junctus fuit, et in duobus ministris, et in patera, qua diis supplicabat, reliquit: auri tantum, quantum puer nobilitatis insigne in auricula gestavit(9). Ceterum tres ejus ad Siciliam adventus mali quidam carpunt, diversis opinionibus differentes. Sed ille primo historiae gratia, ut naturam Aetnae et incendia concavi montis intelligeret: secundo petitu Dionysii, ut Syracusanis assisteret, profectus est, et ut municipales leges ejus provinciae disceret: tertius ejus adventus fugientem Dionem, impetrata a Dionysio venia*) patriae suae reddidit.

Divin. 1, 36. Platoni quum in cunis parvulo dormienti apes in labellis consedissent, responsum est, singulari illum suavitate orationis fore: ita futura eloquentia provisa in infante est.

Olympiodor. vita Plat. *Γεννηθεντα τον Πλατωνα λαβοντες οἱ γονεις, βρεφος οντα, τεθεικασιν ἐν τῷ Ὑμηττῷ, βουλομενοι ὑπερ αυτου τοις εκει θεοις, Πανι και Νυμφαις και Απολλωνι Νομιῳ θυσαι· και κειμενου αυτου μελιτται προσελθουσαι πεπληρωκασιν αυτου το σόμα κηρίων μελιτος· ἱνα αληθες περι αυτου γενηται,*

*Τȣ και απο γλωσσης μελιτος γλυκιων ρεεν αυδη.***)

Tusc. 4, 19. Ultimas terras lustrasse Pythagoram, Democritum, Platonem accepimus. Ubi enim quid esset, quod disci posset, eo veniendum judicaverunt.

Fin. 5, 29. Plato Aegyptum peragravit, ut a sacerdotibus bar-

(8) *Πολλους πανυ προς μαθησιν αφειλκετο, και ανδρας και γυναικας, ανδρειῳ σχηματι παρασκευαζων ακροασθαι αυτου.* Olympiod.

(9) Paullo ditiorem arguit testamentum, quod legitur apud Diog. L. l. 3. s. 41. Nec verosimile, in tanta paupertate eum decessisse, locupletatum a Dionysio.

*) Falsum hoc. Vid. mox Diog. L. p. 129.

**) Vid. Iliad. I, 249.

barbaris numeros et coelestia acciperet; post Tarentum ad Archytam; et ad reliquos Pythagoreos Echecratem, Timaeum, Acrionem Locros, ut, qum Socratem expressisset, adjungeret Pythagoreorum disciplinam, eaque, quae Socrates repudiabat, addisceret (10). *Igitur* Socrate mortuo primum in Aegyptum discendi causa, post in Italiam contendit. Fragm. E. Ern. p. 1072.

Platonem ferunt, ut Pythagoreos cognosceret, in Italiam venisse et in ea quum alios multos tum Archytam Timaeumque cognovisse, et didicisse Pythagorea omnia, primumque de animorum aeternitate non solum sensisse idem quod Pythagoram, sed rationes etiam attulisse. Tusc. 1, 17.

Platonem Atheniensem Tarentum venisse, L. Camillo, A. Claudio consulibus reperio. Senect. c. 12.

Erudivit Syracusium Dionem Plato. Off. 1, 44.

Quis Dionem Syracusium doctrinis omnibus expolivit? nonne Plato? atque eum idem ille non linguae solum, verum etiam animi ac virtutis magister ad liberandam patriam impulit, instruxit, armavit. Or. 3, 34.

Quum Platonem Tarentum venisse fama in Siciliam esset perlata, adolescenti Dioni negare non potuit Dionysius, quin eum arcesseret, quum Dion ejus audiendi cupiditate flagraret. Dedit ergo huic veniam, magnaque eum ambitione Syracusas perduxit. Quem Dion adeo admiratus est, atque adamavit, Cornel. Nep. in Dione.

(10) Immo et libros Pythagoricos coëmisse dicitur. Qua de re Gellius l. 3. c. 17. „Memoriae mandatum est, Platonem philosophum tenui admodum pecunia familiari fuisse, atque eum tamen tres Philolai Pythagorici libros decem millibus denarium mercatum. Id ei pretium donasse quidam scripserunt amicum ejus Dionem Syracusium.“ Diogenes Laert. vero l. 3. s. 9. λεγουσι τινες, ὁτι Διωνι επεςειλεν εις Σικελιαν, ωνησασθαι τρια βιβλια Πυθαγορικα παρα Φιλολαου μνων ἑκατον. Και γαρ εν ευπορια, φασιν, ην, παρα Διονυσιου λαβων ὑπερ τα ογδοηκοντα ταλαντα.

mavit, ut se totum ei traderet. Neque vero minus Plato delectatus est Dione. Itaque quum a Dionysio tyranno crudeliter violatus esset, quippe quem venumdari jussisset, tamen eodem rediit, ejusdem Dionis precibus adductus. Quum enim Dion non desisteret obsecrare Dionysium *juniorem*, ut Platonem Athenis arcesseret, et ejus consiliis uteretur, ille, qui in aliqua re vellet patrem imitari, morem ei gessit; eodemque tempore Philistum historicum Syracusas reduxit, hominem amicum non magis tyranno quam tyrannis. Plato autem tantum apud Dionysium auctoritate potuit, valuitque eloquentia, ut ei persuaserit, tyrannidis facere finem, libertatemque reddere Syracusanis: a qua voluntate Philisti consilio deterritus aliquanto crudelior esse coepit.

Pro Rabir. Post. c. 9. Virum unum totius Graeciae facile doctissimum, Platonem, iniquitate Dionysii, Siciliae tyranni, cui se ille commiserat, in maximis periculis insidiisque esse versatum accepimus.

Diog. L. l. 3. f. 18. sqq. *Τρις πεπλευκεν ὁ Πλατων εις Σικελιαν· πρωτα μεν κατα θεαν της νησου και των κρατηρων, ὁτε και Διονυσιος ὁ Ἑρμοκρατους (¹¹), τυραννος ων, ηναγκασεν ὡςε συμμιξαι αυτῳ. ὁ δε, διαλεγομενος περι τυραννιδος, και φασκων, ὡς ουκ εςι τουτο κρειττον ὁ συμφερον αυτῳ μονον, ει μη και αρετη διαφεροι, προσεκρουσεν αυτῳ. Οργισθεις γαρ, Οἱ λογοι σου, φησι, γεροντιωσι· και ὁς, Σου δε γε τυραννιωσιν· εντευθεν αγανακτησας ὁ τυραννος πρωτον μεν ανελειν ὡρμησεν αυτον. ειτα, παρακληθεις ὑπο Διωνος, τουτο μεν ουκ εποιησε· παρεδωκε δ᾽ αυτον Πολιδι τῳ Λακεδαιμονιῳ, κατα καιρον δια πρεσβειαν αφιγμενῳ, ὡςε αποδοσθαι. κακεινος αγαγων αυτον εις Αιγιναν επιπρασκεν. Λυτρουται δη αυτον κατα τυχην παρων Αννικερις ὁ Κυρηναιος*

(11) Dionysius *major*, Hermocratis filius.

ναιος εικοσι μνων· οἱ δε, τριακοντα· και αναπεμπει Αθηναζε προς τους ἑταιρους. — Ου μην δε ἡσυχαζεν ὁ Διονυσιος· μαθων τε επεςειλε Πλατωνι, μη κακως αγορευειν αυτον. Καὶ ὃς αντεπεςειλε, μη τοσαυτην αυτῳ σχολην ειναι, ὡςε Διονυσιου μεμνησθαι. Δευτερον προς νεωτερον ἡκε Διονυσιον, αιτων γην και ανθρωπους, τους κατα την πολιτειαν αὑτου ζησομενους· ὁ δε, καιπερ ὑποσχομενος, ουκ εποιησεν· ενιοι δε φασι και κινδυνευσαι αυτον, ὡς αναπειθοντα Διωνα επι τῃ της νησου ελευθεριᾳ· ὁτε και Αρχυτας αυτον ὁ Πυθαγορικος, γραψας επιςολην προς Διονυσιον, παρῃτησατο (12) και διεσωσεν εις Αθηνας. — Τριτον ηλθε διαλλαξων Διωνα Διονυσιῳ (13). ου τυχων δε, απρακτος επανηλθεν εις την πατριδα.

Est praeclara epistola Platonis ad Dionis propinquos, in qua scriptum est his fere verbis: Quo *(in Siciliam)* quum venissem, vita illa, beata quae ferebatur, plena Italicarum Syracusiarumque mensarum, nullo modo mihi placuit: bis in die saturum fieri, nec unquam pernoctare solum; ceteraque, quae comitantur huic vitae, in qua sapiens nemo efficietur unquam, moderatus vero multo minus. Quae enim natura tam mirabiliter temperari potest? Tusc. 5, 35.

Jubet Plato, quem ego vehementer auctorem sequor, tantum contendere in republica, quantum pro- Ep. Fam. 1, 9.

(12) Archytas *excusavit* Platonem eumque liberatum ab hac suspicione reduxit Athenas. Sed factum id, quum tertio in Siciliam profectus esset Plato, ut ex ipsius philosophi epistola 7. appatet.

(13) Dionysius enim patria expulerat Dionem sibi suspectum, qui, quum in Peloponnesum confugisset, nec ulla amplius spes esset, fore ut a Dionysio revocaretur, cum exercitu tandem rediit patriamque a tyrannide liberavit. Confer. inprimis Plutarchus in vita Dionis, ubi multa quoque de Platone.

probare tuis civibus possis; vim neque parenti neque patriae afferri oportere. Atque hanc quidem ille caussam sibi, ait, non attingendae reipublicae fuisse: quod quum offendisset populum Atheniensem prope jam desipientem senectute, tum eum nec persuadendo nec cogendo regi posse vidisset, quum persuaderi posse diffideret, cogi fas esse non arbitraretur.

Aelian. V. H. 2, 42. *Ἡ Πλατωνος δοξα και ὁ της κατ' αυτον αρετης λογος και εις Αρκαδας αφικετο και Θηβαιους. Και 'ουν εδεηθησαν αυτου, πρεσβεις αποστειλαντες, συν τῃ ανωτατῃ σπουδῃ αφικεσθαι σφισι τον ανδρα, ουκ επι μονῃ τῃ των νεων προφασια, ουδ' ἱνα αυτοις συγγενηται επι τοις λογοις τοις κατα φιλοσοφιαν, αλλα γαρ και, το ετι τουτων μειζον, νομοθετην αυτον εκαλουν. Ουκουν εμελλον ατυχησειν του ανδρος· και γαρ ἡσθη ὁ του Αριστωνος τῃ κλησει, και δη και εμελλεν ὑπακουσεσθαι. Ηρετο μεν τοι τους ἡκοντας, πως εχουσι προς το ισον εχειν ἁπαντας (14), επει δε εμαθε παρ' αυτων, ὁτι και πανυ αλλοτριως, ουδε πεισειν αυτους τιμαν την ισονομιαν, απειπατο την προς αυτους επιδημιαν.*

Senect. 5. Est etiam quiete et pure et eleganter actae aetatis placida ac lenis senectus; qualem accipimus Platonis, qui uno et octogesimo anno scribens mortuus est.

Seneca Epist. 58. Plato ad senectutem se diligentia pertulit. Erat quidem corpus validum ac forte sortitus, et illi nomen latitudo pectoris fecerat: sed navigationes ac pericula multum detraxerant viribus: parsimonia

(14) Bonorum enim aequalitatem in rebublica esse debere censebat. Ceterum occasio hujus evocationis fuit urbs Megalopolis recens condita ab Arcadibus post Leuctricam pugnam, vid. Steph. Byz. — Diog. Laërt. l. 3. c. 23 scribit: *Αρκαδες και Θηβαιοι Μεγαλην πολιν οικιζοντες παρεκαλουν αυτον νομοθετην· ὁ δε μαθων ισον εχειν ου θελοντας ουκ επορευθη.*

monia tamen, et eorum, quae aviditatem evocant, modus, et diligens sui tutela perduxit illum ad senectutem, multis prohibentibus caussis. Nam hoc scis, puto, Platoni diligentiae suae beneficio contigisse, quod natali suo decessit, et annum unum atque octogesimum implevit sine ulla deductione. Ideo Magi, qui forte Athenis erant, immolaverunt defuncto, amplioris fuisse sortis quam humanae rati, quia consummasset perfectissimum numerum, quem novem novies multiplicata componunt.

Πλατων ηδη προς τῳ τελευταν γενομενος ὑμνει τον αὑτου δαιμονα και την τυχην, ὁτι πρωτον μεν ανθρωπος, ειτα Ἑλλην, ου βαρβαρος, ουδε αλογον τῃ φυσει θηριον γενοιτο· προς δε τουτοις, ὁτι ταις Σωκρατους χρονοις απηντησεν ἡ γενεσις αυτου. Plutarch. in Mario.

Plato ajebat, se gratias agere naturae, primum quod homo natus esset potius quam mutum animal, deinde quod mas potius quam femina; quod Graecus quam barbarus; postremo quod Atheniensis et quod temporibus Socratis. Ego plane contenderim, nunquam quidquam dictum esse in rebus humanis delirius. Quasi vero si aut barbarus aut mulier aut asinus denique natus esset, idem ipse Plato esset, ac non ipsum illud, quod natum fuisset. Quanto sanius faceret, si gratias agere se diceret, quod ingeniosus, quod docilis natus esset, quod in iis opibus, ut liberaliter erudiretur. Lactant. l. 3, 19.

Timotheum, clarum hominem Athenis et principem civitatis, ferunt, quum coenavisset apud Platonem, eoque convivio admodum delectatus esset, vidissetque eum postridie, dixisse: Vestrae quidem coenae non solum in praesentia, sed etiam postero die jucundae sunt. Tusc. 5, 35.

Gellius l. 14. c. 3.

Qui de Xenophontis Platonisque vita et moribus pleraque omnia exquisitissime scripsere, non abfuisse ab eis motus quosdam tacitos et occultos simultatis aemulationisque mutuae putaverunt, et ejus rei argumenta quaedam conjectatoria ex eorum scriptis protulerunt. Ea sunt profecto hujuscemodi: quod neque a Platone in tot numero libris mentio usquam facta sit Xenophontis, neque item contra ab eo in suis libris Platonis [15], quamquam uterque, ac maxime Plato, complurium Socratis sectatorum in sermonibus, quos scripsit, commeminerit. Id etiam esse non sincerae neque amicae voluntatis indicium crediderunt, quod Xenophon inclyto illi operi Platonis, quod de optimo statu reipublicae civitatisque administrandae scriptum est, lectis ex eo duobus fere libris, qui primi in vulgus exierant, opposuit contra conscripsitque diversum regiae administrationis genus, quod *παιδειας Κυρου* inscriptum est. Eo facto scriptoque ejus usque adeo permotum esse Platonem ferunt, ut quodam in libro, mentione Cyri regis habita, retractandi levandique ejus operis gratia, virum quidem Cyrum gnavum et strenuum fuisse dixerit, *παιδειας δ' ουκ ορθως ἡφθαι το παραπαν* [16]. Haec enim verba sunt de Cyro Platonis. Praeterea putant, id quoque ad ista, quae dixi, accedere: quod Xenophon in libris, quos dictorum atque factorum Socratis commentarios composuit, negat Socratem de coeli atque natu-

(15) Diog. L. l. 3. 35. *αμφοτεροι Σωκρατους μνημονευοντες, αλληλων ουδαμου, πλην Ξενοφων Πλατωνος εν τριτω των απομνημονευματων.* (c. 6.)

(16) l. 3. De Legibus. En ipsa Platonis verba: *μαντευομαι δη νυν περι γε Κυρου, τα μεν αλλ' αυτον στρατηγον τ' αγαθον ειναι και φιλοπολιν, παιδειας δε ορθης ουχ ἡφθαι το παραπαν, οικονομιᾳ τε ουδεν τον νουν προσεσχηκεναι.* T. 2. p. 694.

naturae caussis rationibusque unquam disputavisse, ac ne disciplinas quidem ceteras, quae *μαθηματα* Graeci appellant, quae ad bene beateque vivendum non pergerent, aut attigisse aut comprobasse: idcircoque turpiter eos mentiri dicit, qui dissertationes istiusmodi Socrati attribuerent. Hoc autem, inquiunt, Xenophon quum scripsit, Platonem videlicet notavit, in cujus libris Socrates physica et musica et geometrica disserit. Sed enim de viris optimis et gravissimis si credendum hoc aut suspicandum fuit, caussam equidem esse arbitror non obtrectationis, nec invidiae, neque de gloria majore parienda certationis. Haec enim procul a moribus philosophiae absunt, in quibus illi duo omnium judicio excelluerunt. Quae igitur est opinionis istius ratio? haec profecto est; aequiparatio ipsa plerumque et parilitas virtutum inter se consimilium, etiamsi contentionis studium et voluntas abest, speciem tamen aemulationis creat.

Ειχε φιλεχθρως ὁ Πλατων και προς Αριςιππον· εν γουν τῳ περι ψυχης (17) *διαβαλλων αυτον φησιν, ὁτι ου παρεγενετο Σωκρατει τελευτωντι, αλλ' εν Αιγινα ην και συνεγγυς. και προς Αισχινην δε τινα φιλοτιμιαν ειχε.* Diog. L. l. 3. s. 36.

Πλατων την Ακαδημιαν οικειν εἱλετο, ου μονον ερημον, και πορρω του Αςεος χωριον, αλλα και, ὡς φασιν, επινοσον. Porphyr. de abst.

Ακαδημια γυμνασιον ην εν Αθηναις· προαςειον αλσωδες, εν ᾡ διετριβε Πλατων, απο Ἑκαδημου τινος ἡρωος ονομασθεν. Προτερον δε δια του Ε Ἑκαδημια εκαλειτο. Suidas.

(17) Sive Phaedone. c. 5.

Fin. 5, 1. Conſtituimus inter nos, ut ambulationem poſtmeridianam conficeremus in Academia, maxime quod is locus ab omni turba id temporis vacuus eſſet. Itaque vario ſermone ſex illa a Dipylo ſtadia confecimus. Quum autem veniſſemus in Academiae non ſine cauſa nobilitata ſpatia, ſolitudo erat ea, quam volueramus. Tum Piſo: Naturane nobis hoc, inquit, datum dicam, an errore quodam, ut, quum ea loca videamus, in quibus memoria dignos viros acceperimus multum eſſe verſatos, magis moveamur, quam ſiquando eorum ipſorum aut facta audiamus, aut ſcriptum aliquod legamus? Velut ego nunc moveor. Venit enim mihi Platonis in mentem, quem accepimus primum hic diſputare ſolitum, cujus etiam illi hortuli propinqui non memoriam ſolam afferunt, ſed ipſum videntur in conſpectu meo ponere. Hic Speuſippus, hic Xenocrates, hic ejus auditor Polemo, cujus illa ſeſſio fuit, quam videmus.

Brut. 31. Lectitaviſſe Platonem ſtudioſe, audiviſſe etiam Demoſthenes dicitur: idque apparet ex genere et granditate verborum. Dicit etiam in quadam epi-
Or. 4. ſtola hoc ipſe de ſeſe. — Et ex epiſtolis ejus intelligi licet, quam frequens fuerit Platonis auditor.

Diog. 7, 8. *Και Ισοκρατει φιλος ην ὁ φιλοσοφος.*

Opt. gen. Or. 6. Iſocratem divinus auctor Plato, ſuum fere aequalem admirabiliter in Phaedro laudari fecit a So-
Or. 13. crate. — Et videtur Iſocrates teſtimonio Platonis aliorum judicia debere contemnere. At ea de ſeniore ſcribit Plato, et ſcribit aequalis, et quidem exagitator omnium rhetorum, hunc miratur unum. Me autem, qui Iſocratem non diligunt, una cum Socrate, et cum Platone errare patiantur.

Or. 3. Platonis et aliorum philoſophorum diſputationibus et exagitatus maxime orator eſt et adjutus.

Omnis

Omnis enim ubertas et quasi silva dicendi ducta ab illis est. Quis enim uberior in dicendo Platone? Iovem, ajunt philosophi, si Graece loquatur, sic loqui. *Nam* longe omnium, quicunque scripserunt aut locuti sunt, exstitit gravitate princeps Plato. de Or. 1, 31. Or. 19.

Principis longe omnium in dicendo, gravissimi et eloquentissimi Platonis Gorgiam Athenis diligentius legi; quo in libro in hoc maxime admirabar Platonem, quod mihi in oratoribus irridendis ipse orator summus videbatur.—De rebus enim a civilibus controversiis remotissimis divinitus est locutus. de Or. 1, 11.

Video visum esse nonnullis, Platonis et Democriti locutionem, etsi absit a versu, tamen, quod incitatius feratur, et clarissimis verborum luminibus utatur, potius poëma putandum, quam comicorum poëtarum, apud quos, nisi quod versiculi sunt, nihil est aliud quotidiani dissimile sermonis. Or. 20.

Platonis popularis oratio(18), qua mos est Athenis laudari in concione eos, qui sint in proeliis interfecti, sic probata est, ut eam quotannis illo die recitari necesse sit. In ea est crebra ista vocalium concursio, quam magna ex parte, ut vitiosam, fugit Demosthenes. Or. 44.

Equidem et Platonem existimo, si genus forense dicendi tractare voluisset, gravissime et copiosissime potuisse dicere. Off. 1, 1.

Διαλογους φασι πρωτον γραψαι Ζηνωνα τον Ελεατην· Αριςοτελης δε, εν πρωτῳ περι ποιητων, Αλεξαμενον Τηϊον. Δοκει δε μοι Πλατων ακριβωσας το ειδος, και τα πρωτεια δικαιως αν ὡσπερ του καλλους οὑτω και της εὑρεσεως αποφερεσθαι.— Λογον δε φασι πρωτον γραψαι αυτον τον Φαιδρον· και γαρ εχει μειρακιωδες τι το προβλημα (19). Δι- Diog. L. 3, 48.

(18) Menexenus.

(19) Est enim de pulcro deque amore.

καιαρχος δε και τον τροπον της γραφης ὁλον επιμεμφεται, ὡς φορτικον.

Tusc. 4, 34. Platonem non injuria Dicaearchus accusat, qui amori auctoritatem tribueret *(in Phaedro).*

Att. 13, 21. Hermodorus Platonis libros solitus est divulgare (20).

De Or. 3, 4. Nemo nostrum, quum libros Platonis mirabiliter scriptos legit, in quibus omnibus fere Socrates exprimitur, non, quanquam illa scripta sunt divinitus, tamen majus quiddam de illo, de quo scripta

Nat. d. 3, 33. sunt, suspicatur. Illius morti illacrimari soleo, Platonem legens.

Diog. L. l. 3. s. 35. *Φασι δε Σωκρατην ακουσαντα τον Λυσιν (21) αναγινωσκοντος Πλατωνος, Ἡρακλεις, ειπειν, ὡς πολλα μου κατεψευδεθ᾽ ὁ νεανισκος. Ουκ ολιγα γαρ, ὡν ουκ ειρηκε Σωκρατης, γεγραφεν ανηρ.*

Athenaeus l. XI. p. m. 505. *Φασιν, ὡς αναγνους ὁ Γοργιας τον Πλατωνος διαλογον (22) προς τους παροντας ειπεν, ὁτι ουδεν τουτων ουτε ειπεν ουτε ηκουσε παρα Πλατωνος· ταυτα φασι και Φαιδωνα αναγνοντα τον περι ψυχης. — Παρμενιδη δε ελθειν εις λογους τον του Πλατωνος Σωκρατην, μολις ἡ ἡλικια συγχωρει. αδυνατον δε και Φαιδρον κατα Σωκρατην ειναι. αλλα μην ου δυνανται Παραλος και Ξανθιππος, οἱ Περικλεους υἱοι τελευτησαντες τῳ λοιμῳ, Προταγορᾳ διαλεγεσθαι, ὁτε δευτερον επεδημησε ταις Αθηναις, οἱ ετι προτερον τελευτησαντες. Πολλα δ᾽ εςι και αλλα λεγειν και δεικνυναι, ὡς επλαττε τους διαλογους.*

Aristot. Metaph. 1, 6. *Μετα τας ειρημενας (των Πυθαγορειων και Ελεατικων) φιλοσοφιας ἡ Πλατωνος επεγενετο πραγματεια*

(20) Suidas eum auditorem Platonis fuisse dicit.
(21) Lysis s. de amicitia dialogus.
(22) Illum nimirum dialogum, qui ipsius Gorgiae nomen in fronte gerit, deque oratoris arte agit.

τεια, τα μεν πολλα τοις Πυθαγορειοις ακολουθουσα, τα δε και ιδια παρα την των Ιταλικων εχουσα φιλοσοφιαν. Εκ νεου τε γαρ συγγενομενος πρωτον Κρατυλῳ και ταις Ἡρακλειτειοις δοξαις, ὡς ἁπαντων των αισθητων αει ρεοντων, και επιστημης περι αυτων ουκ ουσης, ταυτα μεν ὑστερον ὁυτως ὑπελαβε.

Μιξιν εποιησατο των τε Ἡρακλειτειων λογων και Πυθαγορικων και Σωκρατικων. Τα μεν γαρ αισθητα καθ' Ἡρακλειτον· τα δε νοητα κατα Πυθαγοραν· τα δε πολιτικα κατα Σωκρατην, εφιλοσοφει. Diog. L. l. 3 ſ. 8.

Multi patrum eccleſiaſticorum, quum nimis praecipiti judicio ſibi perſuaſiſſent, eſſe quendam myſteriorum religionis Chriſtianae conſenſum cum quibusdam Platonis placitis, quem ut oſtenderent, ſeſe atque Platonem mire torſerunt, ad eam quoque delapſi ſunt opinionem, ex Ebraeorum fontibus hauſiſſe philoſophum noſtrum, quum delatus eſſet in Aegyptum, Auguſtinus tamen, qui ipſe olim vanae huic famae fidem adhibuerat, temporum rationes accuratius perſcrutatus, opinionem iſtam non totam quidem deſtruit, ſed ita tamen, ut neget, Prophetam Jeremiam a Platone, ut fama ferebat, potuiſſe conveniri.

Mirantur quidam nobis in Chriſti gratia ſociati, quum audiunt vel legunt, Platonem de Deo iſta ſenſiſſe, quae multum congruere veritati noſtrae religionis agnoſcunt. Unde nonnulli putaverunt, eum, quando perrexit in Aegyptum, Hieremiam audiſſe prophetam, vel ſcripturas propheticas in eadem peregrinatione legiſſe. Sed diligenter ſupputata temporum ratio Platonem indicat a tempore, quo prophetavit Hieremias, centum ferme annos poſtea natum fuiſſe. Qui quum octoginta et unum vixiſſet, ab anno mortis ejus usque ad tempus, quo Ptolemaeus rex Aegypti ſcripturas propheticas gentis Hebraeorum de Judaea popo- Auguſtin. de civ. D. l. 8. c. 11.

ſcit, et per ſeptuaginta viros Hebraeos, qui etiam Graecam linguam noverant, interpretandas curavit, anni ferme reperiuntur LX. Quapropter in illa peregrinatione ſua Plato nec Hieremiam videre potuit, tanto ante defunctum, nec easdem ſcripturas legere, quae nondum fuerant in Graecam linguam translatae, qua ille pollebat: niſi forte, quia fuit acerrimi ſtudii, ſicut Aegyptias, ita et iſtas per interpretem didicit, non ut ſcribendo transferret, quod Ptolemaeus pro ingenti beneficio, qui regia poteſtate etiam timeri poterat, meruiſſe perhibetur, ſed ut colloquendo, quid continerent, quantum capere potuiſſet, addiſceret.

Idem alio loco de philoſophia Platonis haec ſcribit.

Civit. Dei l. 8. c. 4. Inter diſcipulos Socratis non quidem immerito excellentiſſima gloria claruit, qui omnino ceteros obſcuraret, Plato. Qui quum eſſet Athenienſis, honeſto apud ſuos loco natus, et ingenio mirabili longe ſuos condiſcipulos anteiret, parum tamen putans perficiendae philoſophiae ſufficere ſe ipſum ac Socraticam diſciplinam, quam longe lateque potuit, peregrinatus eſt, quaquaverſum eum alicujus nobilitatae ſcientiae percipiendae fama rapiebat. Itaque et in Aegypto didicit, quaecunque illic magna habebantur atque docebantur, et inde in eas Italiae partes veniens, ubi Pythagoreorum fama celebrabatur, quidquid Italicae philoſophiae tunc florebat, auditis eminentioribus in ea doctoribus, facillime comprehendit. Et quia magiſtrum Socratem ſingulariter diligebat, eum loquentem fere in omnibus ſermonibus ſuis faciens, etiam illa, quae vel ab aliis didicerat, vel ipſe, quanta potuerat intelligentia, viderat, cum illius lepore et moralibus diſputationibus temperavit. Itaque quum ſtudium ſapientiae in actione et contem-

templatione verſetur, unde una pars ejus activa, altera contemplativa dici poteſt; Plato utrumque jungendo philoſophiam perfeciſſe laudatur, quam in tres partes diſtribuit. Unam moralem, quae maxime in actione verſatur; alteram naturalem, quae contemplationi deputata; tertiam rationalem, qua verum diſterminatur a falſo. Quid autem in his ſingulis partibus Plato ſenſerit, id eſt, ubi finem omnium actionum, ubi cauſam omnium naturarum, ubi lumen omnium rationum eſſe cognoverit vel crediderit, diſſerendo explicare et longum eſſe arbitror, et temere eſſe affirmandum non arbitror. Quum enim magiſtri ſui Socratis, quem facit in ſuis voluminibus diſputantem, notiſſimum morem diſſimulandae ſcientiae vel opinionis ſuae ſervare affectat, quia et ipſi ille mos placuit, factum eſt, ut etiam ipſius Platonis de rebus magnis ſententiae non facile perſpici poſſint.

In Platonis libris nihil affirmatur, et in utramque partem multa diſſeruntur, de omnibus quaeritur, nihil certi dicitur. Ac. 1, 46.

Lucullus tamen, recentioris Academiae, quae certam cognitionem tollebat, adverſarius, ita ſtatuit:

Ex eorum numero, qui negent quidquam ſciri aut percipi poſſe, tollendus eſt Plato. Ac. 2, 5.

Τον Πλατωνα οἱ μεν δογματικον (23) *εφασαν ειναι, οἱ δε απορηματικον. οἱ δε κατα μεν τι απορηματικον, κατα δε τι δογματικον. εν μεν γαρ τοις γυμ-* Sext. E. P. H. 1. 33.

(23) *δογματικος* eſt, qui certam rerum ſcientiam profitetur. Ipſe Sextus ſtatim in initio Inſtitutionum Pyrrhoniarum ita ſcribit: *των κατα φιλοσοφιαν ζητουμενων, οἱ μεν εὑρηκεναι το αληθες εφασαν· οἱ δε απεφηναντο, μη δυνατον ειναι τουτο καταληφθηναι· οἱ δε ετι ζητουσι. Και εὑρηκεναι μεν δοκουσιν οἱ ιδιως καλουμενοι ΔΟΓΜΑΤΙΚΟΙ· οἱον οἱ περι Αριστοτελην και Επικουρον και Στωϊκους, και-*

γυμναστικοις φασι λογοις, ενθα ὁ Σωκρατης εισαγεται ητοι παιζων προς τινας η αγωνιζομενος προς σοφιςας, γυμναςικον τε και αποϱηματικον φασιν εχειν αυτον χαρακτηρα· δογματικον δε, ενθα σπουδαζων αποφαινεται ητοι δια Σωκρατους η Τιμαιου, η τινος των τοιουτων. — διαλαμβανομεν ουν, ὁτι, ὁταν ὁ Πλατων αποφαινεται περι ιδεων, η περι του προνοιαν ειναι, η περι του τον εναρετον βιον αἱρετωτερον ειναι του μετα κακιων, δογματιζει, και εκπεφευγε τον σκεπτικον χαρακτηρα· ει δε τινα και σκεπτικως προφερεται, ὁταν, ὡς φασι, γυμναζηται, ου παρα τουτο εςαι σκεπτικος.

---

de Or. 3, c. 6. Eſt illa Platonis vera vox, omnem doctrinam ingenuarum et humanarum artium uno quodam ſocietatis vinculo contineri.

Fin. 2, 16. Oculorum, inquit Plato, eſt in nobis ſenſus acerrimus, quibus ſapientiam non cernimus. Quam illa ardentes amores excitaret ſui, ſi videretur (24).

Off. 1, 9. Eſt apud Platonem in philoſophos dictum: quod in veri inveſtigatione verſentur, quodque ea, quae plerique vehementer expetunt, de quibus inter ſe digladiari ſolent, contemnant et pro nihilo ducant, propterea juſtos eſſe.

ib, c. 19. Praeclarum eſt Platonis illud: Non ſolum, inquit, ſcientia, quae eſt remota a juſtitia, calliditas potius quam ſapientia eſt appellanda: verum etiam animus paratus ad periculum, ſi ſua cupiditate, non utilitate communi impellitur, audaciae potius nomen habet quam fortitudinis *(exſtat in Menexeno).*

Plato

και αλλοι τινες.' περι δε ακαταληπτων απεφηναντο οἱ Ακαδημαϊκοι, ζητουσι δε οἱ Σκεπτικοι. — Αποϱηματικος autem idem qui *Σκεπτικος.*

(24) Verba Platonis exſtant in Phaedro. *Οψις ἡμιν οξυτατη των δια του σωματος ερχεται αισθησεων, ᾗ φρονησις ουχ ὁραται. δεινους γαρ αν παρειχεν ερωτας, ει τι τοιουτον ἑαυτης εναργες ειδωλον παρειχετο, εις οψιν ιον.*

Plato omne judicium veritatis, veritatemque ipſam abductam ab opinionibus et a ſenſibus, cogitationis ipſius et mentis eſſe voluit. Ac. 2,46.

Πολλου δει, τα φαινομενα εκαςῳ ταυτα και ειναι, αλλα παν τουναντιον ουδεν ὡν φαινεται ειναι (Plat. Theaet. ed. Steph. T. 1. p. 158).

In Phaedone Socratem de ſenſuum imbecillitate ad veritatem cognoſcendam, deque impedimentis philoſopho veritatis cupido a corpore objectis ita diſſerentem facit cum Simmia.

Περι αυτην την της φρονησεως κτησιν, ποτερον εμποδιον το σωμα, η ου, εαν τις αυτο εν τη ζητησει κοινωνον συμπαραλαμβανη; οἱον το τοιονδε λεγω, αρα εχει αληθειαν τινα ἡ οψις τε και ακοη τοις ανθρωποις; η τα γε τοιαυτα και οἱ ποιηται αει ἡμιν θρυλλουσιν, ὁτι ουτ' ακουομεν ακριβες ουδεν, ουτε ὁρωμεν; καιτοι ει αὑται των περι το σωμα αισθησεων μη ακριβεις εισι μηδε σαφεις, σχολη γε αἱ αλλαι (25). πασαι γαρ τουτων φαυλοτεραι εισιν η σοι ου δοκουσιν; „Πανυ μεν ουν", εφη Σιμμιας. Ποτε μεν ουν ἡ ψυχη της αληθειας ἁπτεται; ὁταν μεν γαρ μετα του σωματος επιχειρη τι σκοπειν, δηλον, ὁτι τοτε εξαπαταται ὑπ' αυτου. „Αληθη λεγεις." Αρ' ουν ουκ εν τῳ λογιζεσθαι, ειπερ που αλλοθι, καταδηλον αυτη γιγνεται τι των οντων: „Ναι." Λογιζεται δε γε που τοτε καλλιςα, ὁταν αυτην τουτων μηδεν παραλυπη, μητε ακοη, μητε οψις, μητε αλγηδων, μητε τις ἡδονη; αλλ' ὁτι μαλιςα αυτη καθ' αὑτην γιγνηται, εωσα χαιρειν το σωμα, και, καθ' ὁσον δυναται, μη κοινωνουσα αυτῳ μηδ' ἁπτομενη, ορεγηται του οντος. „Εςι ταυτα." Phaed. c. 10.

Ουκουν

(25) i. e. ſi ne viſus quidem atque auditus, qui ceteris ſenſibus praeſtantiores ſunt, veram nobis cognitionem afferunt, vix ac ne vix quidem (i. e. σχολη) id de ceteris ſenſibus, quippe deterioribus, erit ſperandum.

Ουκουν και ενταυθα ἡ του φιλοσοφου ψυχη μαλιϛα ατιμαζει το σωμα, και φευγει απ' αυτου, ζητει δε αυτὴ καθ' αὑτην γιγνεσθαι. „Φαινεται" — Ὁς αν μαλιϛα ἡμων και ακριβεϛατα παρασκευασηται, αυτο ἑκαϛον διανοηθηναι, περι οὑ σκοπει, οὑτος αν εγγυτατα ιοι του γνωναι ἑκαϛον. Αρ' ουν εκεινος αν τουτο ποιησειε καθαρωτατα, ὁϛις ὁτι μαλιϛα αυτη τη διανοια ιοι εφ' ἑκαϛον, μητε την οψιν παρατιθεμενος εν τω διανοεισθαι, μητε αλλην αισθησιν εφελκων μηδεμιαν μετα του λογισμου, αλλ' αυτη καθ' αὑτην ειλικρινει τη διανοια χρωμενος, αυτο καθ' αὑτο ειλικρινες ἑκαϛον επιχειρει θηρευειν των οντων, απαλλαγεις ὁτι μαλιϛα οφθαλμων τε και ωτων, και, ὡς επος ειπειν, ξυμπαντος του σωματος, ὡς ταραττοντος και ουκ εωντος την ψυχην κτησασθαι αληθειαν τε και φρονησιν, ὁταν κοινωνῃ. — Ἑως αν το σωμα εχωμεν, και ξυμπεφυρμενη ῃ ἡμων ἡ ψυχη μετα του τοιουτου κακου, ου μηποτε κτησωμεθα ἱκανως, οὑ επιθυμουμεν. φαμεν δε τουτο ειναι το αληθες. μυριας γαρ μεν ἡμιν ασχολιας παρεχει το σωμα δια την αναγκαιαν τροφην. — Το δ' εσχατον παντων, ὁτι, εαν τις ἡμιν και σχολη γενηται απ' αυτου, και τραπωμεθα προς το σκοπειν τι, εν ταις ζητησεσιν αυ πανταχου παραπιπτον θορυβον παρεχει και ταραχην, και εκπληττει, ὡϛε μη δυνασθαι ὑπ' αυτου καθοραν τ'αληθες. αλλα τω οντι ἡμιν δεδεικται, ὁτι, ει μελλομεν ποτε καθαρως τι εισεσθαι, απαλλακτεον αυτου, και αυτη τη ψυχη θεατεον αυτα τα πραγματα. Και τοτε, ὡς εοικεν, ἡμιν εϛαι, οὑ επιθυμουμεν τε και φαμεν εραϛαι ειναι, φρονησεως, επειδαν τελευτησωμεν· ζωσι δε ου. ει γαρ μη οἱον τε μετα του σωματος μηδεν καθαρως γνωναι, δυοιν θατερον, η ουδαμου εϛι κτησασθαι το ειδεναι, η τελευτησασι. τοτε γαρ αυτη καθ' αὑτην ἡ ψυχη εϛαι χωρις του σωματος, προτερον δ' ου. Και εν ᾡ αν ζωμεν, οὑτως, ὡς εοικεν, εγγυτατω εσομεθα του ειδεναι, εαν ὁτι μαλιϛα μηδεν

ὁμιλω-

ὁμιλωμεν τῳ σωματι, μηδε κοινωνωμεν (ὁτι μη πασα αναγκη) μηδε αναπιμπλωμεθα της τουτου φυσεως, αλλα καθαρευωμεν απ᾽ αυτου, ἑως αν ὁ θεος αυτος απολυσῃ ἡμας· και οὑτω μεν καθαροι απαλλαττομενοι της του σωματος αφροσυνης, ὡς το εικος, μετα τοιουτων τε εσομεθα και γνωσομεθα δι᾽ ἡμων αυτων παν το ειλικρινες. τουτο δ᾽ εστιν ισως το αληθες. — Καθαρσις δε ειναι τουτο ξυμβαινει, το χωριζειν ὁτι μαλιστα απο του σωματος την ψυχην, και εθισαι αυτην καθ᾽ αὑτην πανταχοθεν εκ του σωματος συναγειρεσθαι τε και αθροιζεσθαι, και οικειν κατα το δυνατον, και εν τῳ νυν παροντι και εν τῳ επειτα, μονην καθ᾽ αὑτην, εκλυομενην, ὡσπερ εκ δεσμων, εκ του σωματος. — Και το μελετημα αυτο τουτο εστι των φιλοσοφων, λυσις και χωρισμος ψυχης απο του σωματος.

Vellejus Epicureus apud Ciceronem Platonis de Deo deque mundi origine doctrinam ita describit atque impugnat.

Audite non futiles commenticiasque sententias, non opificem, aedificatoremque mundi, Platonis de Timaeo deum (26). — Quibus oculis animi intueri potuit vester Plato fabricam illam tanti operis, qua construi a deo atque aedificari mundum facit? quae molitio? quae ferramenta? qui vectes? quae machinae? qui ministri tanti muneris fuerunt? quemadmodum autem obedire et parere voluntati architecti aër, ignis, aqua, terra potuerunt? — Sed illud palmare est, quod, qui non modo natum mundum introduxerit, sed etiam manu paene factum, is eum dixerit fore sempiternum. Hunc censes primis, ut dicitur, labris gustasse physiologiam, Nat. d. 1, 8.

(26) Plato in Timaeo mundum nec aeternum nec casu ortum, sed a deo factum statuit, quem vocat ποιητην και πατερα τουδε του παντος, δημιουργον του κοσμου και τεκταινομενον αυτον.

giam, qui quidquam, quod ortum ſit, putet aeternum eſſe poſſe? Quae eſt enim coagmentatio non diſſolubilis? aut quid eſt, cujus principium aliquod
Nat. d. 1, 9 et 10. ſit, nihil ſit extremum? — Et cur mundi aedificator repente exſtitit, innumerabilia ſecula dormivit? — Admiror eorum tarditatem, qui mundum animantem, immortalem, et eundem beatum, rotundum eſſe velint, quod ea forma neget ullam eſſe
ib. c. 12. pulcriorem Plato. — Jam de Platonis inconſtantia longum eſt dicere; qui in Timaeo patrem hujus mundi nominari neget poſſe, in Legum autem libris, quid ſit omnino Deus, anquiri oportere non cenſeat (27). Quod vero ſine corpore ullo Deum vult eſſe, ut Graeci dicunt *ασωματον*, id quale eſſe poſſit, intelligi non poteſt: careat enim ſenſu neceſſe eſt, careat etiam prudentia, careat voluptate, quae omnia una cum deorum notione comprehendimus. Idem et in Timaeo dicit et in Legibus, et mundum deum eſſe, et coelum, et aſtra, et terram et animos, et eos, quos majorum inſtitutis accepimus: quae et per ſe ſunt falſa perſpicue et inter ſeſe vehementer repugnantia.

Ac. 2, 37. Plato ex materia in ſe omnia recipiente mundum eſſe factum cenſet a deo ſempiternum.

ib. 1, 8. Subjectam putat omnibus ſine ulla ſpecie atque carentem omni qualitate materiam quandam, ex qua omnia expreſſa et efficta ſint, quae tota omnia accipere poſſit, omnibusque modis mutari atque ex omni parte.

Δυο

(27) En ipſa verba Platonis. *Τον μεν ουν ποιητην και πατερα τουδε του παντος ευρειν τε εργον, και ευροντα εις παντας αδυνατον λεγειν.* Sic in Timaeo. In Legum autem libro VII: *Τον μεγιςον θεον φαμεν ουτε ζητειν δειν ουτε πολυπραγμονειν τας αιτιας ερευνωντας,*

Δυο των παντων απεφηνεν αρχας (28), *θεον και υλην, ὁν και νουν προσαγορευει και αιτιον, ειναι δε την ὑλην ασχηματιςον και απειρον, εξ ἡς γινεσθαι τα συγκριματα. ατακτως δε ποτε αυτην κινουμενην, ὑπο του θεου φησιν εις ἑνα συναχθηναι τοπον, ταξιν αταξιας κρειττονα ἡγησαμενου. τραπεσθαι δε την ουσιαν ταυτην εις τετταρα ςοιχεια, πυρ, ὑδωρ, αερα, γην· εξ ὡν αυτον τε τον κοσμον και τα εν αυτῳ γενναςθαι.* Diog. L. 3, 69.

Sedes quaſi theologiae atque phyſiologiae Platonicae eſt illius Timaeus, obſcuriſſimus dialogus, quam tamen obſcuritatem ita Cicero excuſat:

Interdum rerum obſcuritas, non verborum, facit, ut non intelligatur oratio, qualis eſt in Timaeo Platonis. Fin. 2, 5.

Plato

(28) Plurimi ſane ſcriptores tres *αρχας* ſtatuiſſe Platonem ſcribunt. vid. Menage ad h. l. Diog. Sic e. g. Apulejus: „Initia rerum eſſe tria arbitrabatur Plato, Deum et materiam, rerumque formas, quas *ιδεας* idem vocat.“ Cyrillus contra Julianum l. 2.: *ὁ Πλατων τρεις αρχας ειναι του παντος διοριζεται, θεον και ὑλην και ειδος· και θεον μεν ειναι φησιν τον ποιητην· ὑλην δε το ὑποκειμενον, ειδος δε το ἑκαςου των γινομενων παραδειγμα.* et deinde: *τρεις δε παλιν ὁ Πλατων τας των ὁλων αρχας ειναι λεγων, θεον τε και ὑλην και ειδος, προσεπαγει και τεταρτην, ἡν δη και ὁλου ψυχην ονομαζει.* De ideis deque anima mundi poſt erit ſermo. Facile tamen iſte diſſenſus de numero principiorum Platonicorum tolli poteſt. Si de primis ſibique oppoſitis principiis ſermo eſt, duo erant, Deus et materia; tria vero, ſi ideas, cauſam quaſi inſtrumentalem et exemplarem, addas. Sed quum hoc tertium principium non ſit abſolutum, ſed a cauſa efficienti pendeat, quippe inhaerens menti divinae, non commode ſatis addi poteſt duobus illis principiis, quibus aequalem aeternitatem tribuit, Deo atque materiae. Si tamen omnia, quae Plato ad hujus univerſi ortum requirebat, pro principiis habeamus, omnino audiendus eſt Cyrillus, qui quatuor illius numerat principia, addens nempe animam mundi.

Quintil. 1, 10.

Plato quum in aliis quibusdam tum praecipue in Timaeo ne intelligi quidem nisi ab iis, qui musicam quoque diligenter perceperint, potest.

Hunc Platonis Timaeum ipse Cicero in latinam linguam transtulit. Hujus versionis insigne fragmentum exstat, unde potiora et maxime perspicua huc transferam. Timaeus igitur ita differit:

Quid est, quod semper sit, neque ullum habeat ortum, et quod gignatur, nec unquam sit (29)? Quorum alterum intelligentia et ratione comprehenditur, quod unum semper atque idem est; alterum, quod affert opinionem per sensus, rationis expers; quod totum opinabile est, id gignitur et interit, nec unquam Esse vere potest. Omne autem, quod gignatur, ex aliqua causa gigni necesse est. Nullius enim rei, causa remota, reperiri origo potest. Quocirca si is, qui aliquod munus efficere molitur, eam speciem, quae semper est eadem, intuebitur, atque eam sibi proponet exemplar, praeclarum opus efficiat necesse est. Sin autem illam, quae gignitur: nunquam illam, quam expetet, pulcritudinem consequetur. Omne igitur coelum sive mundus, sive quovis alio vocabulo gaudet, hoc a nobis nuncupatus sit. De quo id primum consideremus, quod principio est in omni quaestione considerandum, semperne fuerit, nullo generatus ortu: an ortus sit ab aliquo temporis principatu. Ortus est, quandoquidem cernitur et tangitur, et est undique corporatus. — Atque illum quidem quasi parentem hujus universitatis invenire difficile, et, quum jam inveneris, indicare in vulgus, nefas. Rursus igitur viden-

(29) Graeca fere clariora sunt: *Τι το ον μεν αει, γενεσιν δε ουκ εχον· και τι το γιγνομενον μεν, ον δε ουδεποτε;* Nimirum *το αει ον* est Deus. Res vero creatas *γιγνομενα* vocare mavult quam *οντα*.

videndum, ille fabricator tanti operis utrum sit imitatus exemplar, idne, quod semper unum et idem et sui simile, an id, quod generatum, ortumque dicimus. Atqui si pulcer hic est mundus, si probus ejus artifex: profecto speciem aeternitatis imitari maluit: sin secus, quod ne dictu quidem fas est, generatum exemplum est pro aeterno secutus. Non igitur dubium, quin aeternitatem maluerit exsequi, quandoquidem neque mundo quidquam pulcrius, neque ejus aedificatore praestantius. Ex quo efficitur, ut sit necesse, hunc, quem cernimus mundum, simulacrum aeternum esse alicujus aeterni.

Quaeramus igitur caussam, quae eum impulerit, qui haec machinatus sit, ut originem rerum, et molitionem novam quaereret. Probitate videlicet praestabat: probus autem invidet nemini. Itaque omnia sui similia generavit (30). Haec nimirum gignendi mundi caussa justissima. Nam quum constituisset deus bonis omnibus explere mundum, mali nihil admiscere, quoad natura pateretur: quidquid erat, quod in cernendi sensum caderet, id sibi assumsit, non tranquillum et quietum sed immoderate agitatum et fluctuans, idque ex inordinato in ordinem adduxit. Hoc enim judicabat esse praestantius. Fas autem nec est nec unquam fuit, quidquam nisi pulcerrimum facere eum, qui esset optimus (31). Quum rationem igitur habuisset, reperiebat, nihil esse (32) eorum, quae natura cernerentur,

(30) Graece: παντα ὁτι μαλιϛα εβουληϑη γενεσϑαι παραπλησια αὑτῳ,

(31) Gr. ϑεμις δε ουτ' ην, ουτ' εϛι τῳ αριϛῳ δρᾳν αλλο πλην το καλλιϛον.

(32) Rectius *fore*, ut est in graecis: Λογισαμενος ουν εὑρισκεν, εκ των κατα φυσιν ὁρατων ουδεν ανοητον του νουν εχοντος ὁλον ὁλου καλλιον εσεσϑαι ποτ' εργον· νουν δ' αν χωρις ψυχης αδυνατον παραγενεσϑαι τῳ.

rentur, non intelligens, intelligente, in toto genere, praestantius; intelligentiam autem ulli rei adjunctam esse sine animo, nefas esse. Quocirca intelligentiam in animo, animum conclusit in corpore (33). Sic ratus est, opus illud effectum esse pulcerrimum. Quam ob causam non est cunctandum profiteri, si modo investigari aliquid conjectura potest, hunc mundum animal esse, idque intelligens, et divina providentia constitutum (34). Hoc posito; quod sequitur, videndum est, cujusnam animantium deus in fingendo mundo similitudinem secutus sit. Nullius profecto eorum quidem, quae sunt nobis nota animantia. Sunt enim omnia in quaedam genera partita, aut inchoata, nulla ex parte perfecta; imperfecto autem nec absoluto simile, pulcrum esse nihil potest. Cujus ergo omne animal quasi particula quaedam est, sive in singulis sive in diverso genere cernatur, ejus similem mundum esse dicamus (35). Omnes igitur, qui animo cernuntur et ratione intelliguntur animantes, complexu rationis et intelligentiae, sicut homines hoc mundo et pecudes et omnia quae sub adspectum cadunt, comprehenduntur (36). — Animum autem ut in medio mun-

(33) Haec est anima illa mundi, quam docebat Plato, a Deo ipso satis distincta.

(34) Gr. οὑτως δει λεγειν, τονδε τον κοσμον ζωον εμψυχον ἐννουν τε τῃ αληθειᾳ δια την του θεου γενεσθαι προνοιαν.

(35) Gr. οὐ δ' εςι τἀλλα ζωα καθ' ἑν και κατα γενη μορια, παντων ὁμοιοτατον αυτῳ ειναι τιθωμεν. Sensus est, mundum factum esse ad exemplar mundi cujusdam νοητου, omnes omnium rerum sive sigillatim sive in genere consideratarum formas complectentis. Haec est decantata illa, sed obscurissima simul de ideis, rerum creatarum exemplaribus, doctrina Platonis.

(36) Clariora sunt graeca: τα δε νοητα ζωα παντα εκεινο ζωον εν ἑαυτῳ περιλαβον εχει, καθαπερ ὁδε ὁ κοσμος (aspectabilis nempe oppositus τῳ νοητῳ) ἡμας, ὁσα τε αλλα θρεμματα συνεςηκεν ὁρατα.

mundo collocavit ([37]), ita per totum tetendit: deinde eum circumdedit corpore et veſtivit extrinſecus. Sic Deus ille aeternus hunc perfecte beatum Deum procreavit ([38]). Sed animum haud ita, ut modo locuti ſumus, tum demum, quum corpus ei effeciſſet, inchoavit: neque enim eſſet rectum, minori parere majorem ([39]). Sed nos multa inconſiderate ac temere dicimus. Deus autem et ortu et virtute antiquiorem genuit animum, eumque ut dominum atque imperantem obedienti praefecit corpori: idque molitus tali quodam eſt modo. Ex materia ([40]),

(37) Jam incipit de animae mundanae creatione loqui.

(38) Gr. *δια παντα δη ταυτα ευδαιμονα θεον αυτον εγεννησατο.* Quum mundo dei nomen tribuat, majori jure animam mundi ita nominat. Sed haec quoque eſt deus genitus atque creatus. Juniores demum Platonici ſomniarunt de anima quadam ὑπερκοσμιῳ, non creata, tertiaque divinitatis hypoſtaſi.

(39) Gr. *ου γαρ αν αρχεσθαι πρεσβυτερον ὑπο νεωτερου συνερξας ειασεν.* Animum mundi, mundo ceu corpori imperantem, priorem ortu eſſe decuit.

(40) Non bene Cicero h. l. uſus eſt *materiae* voce, Graecum *ουσια* expreſſurus. Materia enim eſt ὕλη. Graeca ſunt: *της αμεριϛου και αει κατα ταυτα εχουσης ουσιας, και της αυ περι τα σωματα γιγνομενης μεριϛης, τριτον εξ αμφοιν εν μεσῳ συνεκρασατο ουσιας ειδος, της τε ταυτου φυσεως αυ περι και της του ἑτερου, και κατα ταυτα ξυνεϛησεν εν μεσῳ του τε αμερους και του κατα τα σωματα μεριϛου. και τρια λαβων αυ τα οντα συνεκρασατο εις μιαν παντα ιδεαν, την Θατερου φυσιν δυσμικτον ουσαν εις Ταυτο ξυναρμοττων βιᾳ. μιγνυς δε μετα της ουσιας* (tertia illa ex Ejusdem et Alterius commiſtione orta) *και εκ τριων ποιησαμενος ἑν παλιν, ὁλον τουτο εις μοιρας, ὁσας προσηκε, διενειμεν· ἑκαϛην δε εκ τε Ταυτου και Θατερου και της Ουσιας* (tertia illa eſſentia) *μεμιγμενην.* (Non bene haec poſteriora a praecedentibus ſeparavit Cicero, novam incipiens periodum: *Jam partes ſingulas — temperavit*, quum ita potius debuiſſet vertere: *Quum ex tribus effeciſſet unum, id ipſum in ea* (rectius: tot), *quae* (quot) *de-*

cuit

quae individua est et quae semper unius modi suique similis, et ex ea, quae corporibus dividua gignitur

cuit membra partitus est, quorum quodvis ex Eodem et Diverso et ex tertia illa Essentia temperatum erat). Ceterum obscurissima haec animae mundanae Platonicae genesis est, nec forsan ipse Plato mentem suam satis intellexit; tanta certe caligine eam involvit, ut omnes unquam tenebras ab ea dispulsum iri eo magis desperandum sit, quum ipsi jam Platonis antiquissimi interpretes mirum quantum a se invicem in declaranda hac psychogoniae nocte discesserint. Quaeritur inprimis, quid sit illud *Idem* (ταυτον) quod etiam individuum vocat, et *Alterum* illud s. *Diversum*, ex quorum commistione Deus effecerit tertiam quandam Essentiam (ουσιαν), quam cum duabus istis superioribus ad mundi animam conflandam adhibuit. Nonnullis *Idem* illud est mundus intelligibilis s. idealis, qui omnes omnium rerum aeternas formas et exemplaria complectitur. Sed praestat forsan, dicere, *Idem* esse ipsam naturam divinam, quae *Idem* vocatur, quatenus individua et immutabilis est. Hujus partem quandam Deus commiscuit cum *Diverso* i. e. Materia, quatenus ipsa qualitate omni caret, sed omnes vel maxime diversas formas recipere potest. Plutarcho (in Psychogonia Timaei) *Diversum* est vis illa motrix, vel, quam ipse in Platone primus deprehendit et fusius explicavit, anima quaedam bruta ac rationis expers, quae ab aeterno inhaeserit materiae eamque turbulentis et inordinatis motibus agitarit. Hanc (secundum Plutarchum, Platonis interpretem) Deus commiscuit cum aliqua divinae suae naturae portione (cum *Eodem*), eaque re brutam hanc animam emendavit, ut nova quaedam anima mundi exsisteret, eaque mentis particeps, quatenus ex Deo effluxerit, sed bruta, quatenus veteris illius animae naturam non prorsus exuerit, ex qua ipsa natura malum omne in mundo proficisci censet. (Legatur inprimis *Moshemius* ad Cudworthum p. 233 not. x. et 239 not. g.) Huic explicationi congruere etiam videntur verba Platonis, quae supra legimus p. 148. *Quocirca intelligentiam* (νουν, divinam mentem) in animo (vel potius anima, ψυχῃ illa bruta); *animum conclusit in corpore.*

tur, tertium materiae genus ex duobus in medium admiſcuit, quod eſſet Ejusdem naturae et quod Alterius: idque interjecit inter individuum atque id, quod dividuum eſſet in corpore. Ea quum tria ſumſiſſet, unam in ſpeciem temperavit: naturamque illam, quam Alterius diximus, cum Eadem conjunxit, fugientem et ejus copulationis alienam. Permiſcens cum materia quum ex tribus effeciſſet unum, id ipſum in ea, quae decuit, membra partitus eſt. Jam partes ſingulas ex Eodem, et ex Altero, et ex Materia temperavit. — Animum igitur quum ille procreator mundi Deus ex ſua mente et divinitate genuiſſet: tum denique omne, quod erat concretum atque corporeum, ſubſternebat animo. — —

Ratione et mente divina, ad originem temporis, curriculum inventum eſt ſolis et lunae *et quinque aliarum ſtellarum, qui Planetae vocantur.* — Atque ut eſſet menſura quaedam evidens, quae in iſtis octo curſibus celeritates tarditatesque declararet: Deus ipſe ſolem quaſi lumen accendit, ut quam maxime coelum omnibus colluceret. Nox igitur et dies ad hunc modum et ob has generata cauſas unum circuitum orbis efficit ſapientiſſimum atque optimum: menſis autem, quando luna, luſtrato ſuo curſu, ſolem conſecuta eſt: annus, ubi ſol ſuum totum confecit et peragravit orbem. Ceterorum autem ſiderum ambitus ignorantes homines, praeter admodum paucos, neque nomen appellant neque inter ſe numero commetiuntur. Itaque neſciunt, hos ſiderum errores id ipſum eſſe, quod rite dicitur tempus, multitudine infinita, varietate admirabili praeditos. Attamen illud perſpici et intelligi poteſt, abſoluto perfectoque numero temporis abſolutum perfectumque annum tunc compleri denique, quum ſe octo ambitus, confe-

ctis fuis curfibus, ad idem caput retulerunt, quumque eos permenfus eft idem et femper fui fimilis orbis (41). —

Reliquorum autem, quos Graeci δαιμονας appellant (42), noftri (opinor) Lares, et noffe et nuntiare

(41) Hic eft magnus ille annus, Platonicus dictus, de cujus tamen tempore et annorum numero valde diffentiunt Platonici. In Fragmentis Ciceronis (ed. Ern. p. 1093) legitur: *Annum magnum effe voluerunt, omnibus planetis in eundem recurrentibus locum, quod fit poft XII millia nongentos quinquaginta quatuor annos.* Auctor vero libri de caufis corruptae eloquentiae c. 16. hunc Ciceronis locum ex illius Hortenfio profert: „Is eft magnus et verus annus, quo eadem pofitio coeli fiderumque, quae cum maxime eft, rurfum exfiftet, isque annus horum, quos vocamus, annorum XII MDCCCCLIV complectitur.“ Porro apud Ciceronem de Nat. d. l. 2. c. 20 legitur: „Planetarum ex difparibus motionibus magnum annum mathematici nominaverunt, qui tum efficitur, quum folis et lunae et quinque errantium ad eandem inter fe compofitionem, confectis omnium fpatiis, eft facta converfio. Quae quam longa fit, magna eft quaeftio: effe vero certam et definitam neceffe eft.“ Ad eundem annum refpicit Cicero de Fin. 2, 31. „Idemne poteft effe dies faepius, qui femel fuit? Certe non poteft. An ejusdem modi? Ne id quidem, nifi multa annorum interceſſerint millia, ut omnium fiderum eodem, unde profecta fint, fiat ad unum tempus reverfio.“

(42) Accedit jam ad deos, quos popularis religio colebat. Quid de iis fenferit et quantum a fuperftitione vulgari abhorruerit Plato, vel ex hoc loco fatis manifeftum eft, ubi omnes hos deos a deo uno eoque fummo creatos, et ab eo mundo afpectabili, vel potius terreftri tantum, praefides conftitutos effe docet, poftquam Deus ille fummus eorum minifterio ad hominis ceterorumque animalium terreftrium creationem ufus effet. Non enim omnino nullam horum popularium deorum rationem habere poterat, quippe cautior factus Socratis forte: fed vulgarem fuperftitionem philofophiae fuae quodam modo accommodare

tiare ortum, majus eſt, quam ut profiteri ſcribere nos audeamus. Credendum nimirum veteribus eſt et priſcis, ut ajunt, viris, qui ſe progeniem deorum eſſe dicebant. Itaque eorum vocabula nobis prodiderunt. Noſſe autem generatores ſuos optime poterant: ac difficile factu eſt, a Diis ortis fidem non habere; quanquam nec argumentis, nec rationibus certis eorum oratio confirmatur (43): ſed quia de ſuis rebus et notis videntur loqui, veteri legi morique parendum eſt. Sic igitur, ut ab his eſt traditum, horum deorum ortus habeatur atque dicatur, ut Oceanum Salaciamque Coeli ſatu Terraeque conceptu generatos editosque memoremus (44): ex his Phorcyn, Saturnum et Opem: deinceps Jovem atque Junonem, reliquos, quos fratres inter ſe agnatosque uſurpare atque appellare videmus, et eorum, ut utamur veteri verbo, proſapiam. Quando igitur omnes, et qui moventur palamque oſtenduntur (45)

K 5 et

re conabatur. Hinc ſummam quidem divinitatem hisce diis ipſique Jovi, ut ſtatim cernere licet, eripuit: ſed, ne eorum cultum prorſus tollere videretur, eos quaſi Genios, inter Deum atque hominem poſitos, Deo adjunxit, licet ab eodem creatos. Optime igitur mentem Platonis expreſſit *Proclus* (Theol. Plat. 3, 7) *το ειναι θεοὺς παντες οἱ θεοι δια τον πρωτον εχουσι θεον.*

(43) Gr. *αδυνατον ουν, θεων παισιν απιςειν, καιπερ ανευ τε εικοτων και αναγκαιων αποδειξεων λεγουσιν.* Apparet Platonem fabulis de diis nullam adhibuiſſe fidem.

(44) Gr. *Γης τε και Ουρανου παιδες Ωκεανὸς τε και Τηθυς* (hanc Cicero *Salaciam* vocat, quam tamen alii Amphitriten, Graecorum eſſe cenſent) *εγενεσθην· εκ τουτων δε Φορκυς* (Deus quidam marinus, in cujus tamen parentibus conſtituendis Mythologi diſſentiunt) *και Κρονος και Ρεα, και ὁσοι μετα τουτων· εκ δε Κρονου και Ρεας Ζευς, Ἡρα τε, και παντες, ὁσους ισμεν παντας αδελφους λεγομενους αυτων· ετι τε τους τουτων αλλους εκγονους.*

(45) De ſtellis loquitur. Ceteri vero illi, οἱ φαινονται

et qui eatenus nobis declarantur, qua ipſi volunt, creati ſunt: tum ad eos is Deus, qui omnia genuit (46) fatur: „Haec vos, qui deorum ſatu orti eſtis, attendite: quorum operum ego parens effectorque ſum, quae per me facta, non ſunt diſſoluta, me invito: quanquam omne colligatum ſolvi poteſt: ſed haudquaquam boni eſt, ratione vinctum velle diſſolvere. Sed quoniam orti eſtis, immortales vos quidem eſſe et indiſſolubiles non poteſtis: neutiquam tamen diſſolvemini, nec vos ulla mortis fata periment. Quid ſentiam igitur, cognoſcite. Tria nobis genera (47) reliqua ſunt, eaque mortalia: quibus pratermiſſis, coeli abſolutio perfecta non erit. Omnia enim genera animalium complexu non tenebit: teneat autem oportebit, ut eodem nequid abſit, quae a me ipſo effecta ſint, quod deorum vitam poſſit adaequare (48). Ut igitur mortali gene-

ται καθ᾽ όσον αν εθέλωσιν, ſunt Dii illi populares. vel Genii potius.

(46) ὁ τοδε το παν γεννησας. Juvat h. l. alia nonnulla adſcribere nomina, quibus Deum illum ſummum compellare ſolet Plato. Vocatur igitur ab eo δημιουργος. ὁ ποιητης και πατηρ τουδε του παντος, ὁ επι πασι θεος, της φυσεως κτιστης, του παντος αρχη, παντων αιτιον, νους παντων βασιλευς. νους αυτοκρατωρ, παντα κοσμων, δια παντων ιων. του παντος κυβερνητης. το ον αει, γενεσιν δ᾽ ουκ εχον. ὁ πρωτος θεος, ὁ μεγιστος δαιμων, ὁ μεγιστος θεων, ὁ ἡλιον γεννησας. ὁς γην, ουρανον και παντα τα εν ουρανῳ και τα εν ᾅδου και ὑπο γης ἁπαντα εργαζεται. vid. Cudworth p. 484. Difficilis tamen explicatu eſt locus quidam (de Rep. X), ubi ita ſcribit: Ὁ αυτος χειροτεχνης ου μονον παντα οἱος τε σκευη ποιησαι, αλλα και εκ της γης φυομενα ἁπαντα ποιει, και ζωα παντα εργαζεται τε αλλα και ἙΑΥΤΟΝ. Moshemius (ad Cudw. p. 486.) hoc ad aeternam Dei de ſe ipſius ideam refert,

(47) ſcil. aërium, terreſtre atque aquatile.

(48) Falſiſſime haec Cicero vertit. Graeca ſunt: δι᾽ εμου δε ταυτα γενομενα και βιου μετασχοντα, θεοις ισαζοιτ᾽ αν. *Haec ſi a me crearentur, diis adaequarentur.* — Platonis

generentur conditione, vos fufcipite, ut illa gignatis, imiteminique vim meam, qua in veftro ortu me ufum effe meminiftis: in quibus, qui tales creantur, ut deorum immortalium quafi gentiles effe debeant, divini generis appellentur, teneantque omnium animantium principatum (49), vobisque jure et lege volentes pareant: quorum vobis initium ftatusque traditur a me. Vos autem ad id, quod erit immortale, partem attexitote mortalem. Ita orientur animantes, quos et vivos alatis, et confumtos finu recipiatis (50)." Haec ille dixit. Deinde ad temperationem fuperiorem revertit (51): in qua, omnem animum univerfae naturae temperans permifcebat, fuperiorisque permixtionis reliquias fundens aequabat, eodem modo ferme, nifi quod non ita incorruptas, ut ea, quae femper idem. Toto

igitur

tonis igitur Deus, quum vereretur, ne, fi ipfe homines ceteraque terrae animalia crearet, deorum naturam ea confequerentur; hanc creationem minoribus illis atque ortis diis committit.

(49) Hoc quoque loco non intellexit Cicero Platonem, qui ita fcribit: *και καθ᾽ ὁσον μεν αυτων αθανατοις ὁμωνυμον ειναι προσηκει, θειον λεγομενον, ἡγεμονουν τ᾽ εν αυτοις — σπειρας και ὑπαρξαμενος εγω παραδωσω.* Loquitur, ni fallor, de animae humanae creatione. Hujus partis, qua homines diis fimiles effe par fit, et quae in illis principatum obtinere debeat, femina atque ftamina Deus fummus minoribus diis tradere vult.

(50) Gr. *το δε λοιπον ὑμεις αθανατῳ θνητον προσυφαινοντες, απεργαζεσθε ζωα και γεννατε, τροφην τε διδοντες αυξανετε και φθινοντα παλιν δεχεσθε.* Ultima haec ad animarum in ftellis poft mortem habitationem, de qua mox loquitur, fpectant.

(51) Plato non folum de *temperatione* fed poëtice de *cratere* etiam loquitur, in quo Deus animos humanos ex reliquiis animae mundanae commifcuerit. *Ταυτ᾽ ειπε· και παλιν επι τον προτερον κρατηρα, εν ᾧ την του παντος ψυχην κεραννυς εμισγε, τα των προσθεν ὑπολοιπα κατεχειτο μισγων, τροπον μεν τινα τον αυτον, ακηρατα δ᾽ ουκετι ὡσαυτως.*

igitur omnino conſtituto, ſideribus parem numerum diſtribuit animorum, et ſingulos adjunxit ad ſingula, atque ita quaſi in currum univerſitatis impoſuit, commonſtravitque leges fatales ac neceſſarias, et oſtendit, primum ortum unum fore omnibus (52) eumque moderatum atque conſtantem nec ab ullo imminutum (53): ſatis autem et quaſi ſparſis animis, fore, uti certis temporum intervallis oriretur animal, quod eſſet ad cultum Deorum aptiſſimum. Sed quum duplex eſſet natura generis humani, ſic ſe res habebant, ut praeſtantius eſſet genus eorum, qui eſſent futuri viri. Quum autem animos corpori (54) cum neceſſitate inſeviſſet, quumque ad corpora neceſſitate tum acceſſio fieret, tum abſceſſio; neceſſe erat, ſenſum exſiſtere unum communemque omnium, vehementiore motu excitato conjunctoque naturae: deinde voluptate et moleſtia mixtum amorem: poſt iram, et metum et reliquos motus animi, comites ſuperiorum, et his etiam contrarios diſſidentes: quos qui ratione rexerit, juſte vixerit; qui autem his ſe dediderit, injuſte. Atque ille, qui recte et honeſte curriculum vivendi a natura datum confecerit, ad illud aſtrum, quocum aptus fuerit, revertetur. Qui autem immoderate et intemperate vixerit, eum ſecundus ortus in figuram

(52) Docet h. l. animorum humanorum praeexiſtentiam. Omnes uno eodemque tempore orti ſunt, inque ſtellis habitant, donec eorum quisque ſuo, ſed alius alio tempore, in corpus deſcendat.

(53) Haec rurſus perperam vertit Cicero. — ὅτι γενεσις πρωτη μεν εσοιτο τεταγμενη μια πασιν, ἵνα μή τις ελαττοιτο ὑπ' αυτου i. e. ne quis horum animorum aliis poſtponeretur, iisque quaſi inferior eſſet.

(54) Sic dedi pro vulg. *animis corpora* poſtulante et ſenſu et textu Graeco.

ram muliebrem transferet (55). Et si ne tum quidem finem vitiorum faciet, gravius etiam jactabitur, et in suis moribus simillimas figuras pecudum et ferarum transferetur: neque malorum terminum prius adspiciet, quam illam sequi coeperit conversionem, quam habebat in se ipse, Ejusdem et Unius, simul innatam et insitam. Quod tum eveniet, quum illa, quae ex igne, aëre, aqua atque terra turbulenta et rationis expertia insederint, denique ratione depulerit, et ad primam atque optimam affectionem animi pervenerit. Quae quum ita designasset, seseque, siquid postea fraudis aut vitii evenisset, extra omnem culpam causamque posuisset: alios in terra, alios in luna, alios in reliquas mundi partes, quae sunt ad spatiorum temporis significationem notae constitutae, spargens quasi serebat. Post

(55) Dogma de Metempsychosi Plato ex Pythagorica schola receperat, sed paullum immutavit illud, quod vel ex hoc loco apparet. — Adjiciam, adhuc unum Platonis locum de hac animarum migratione. In Phaedone c. 31. inter alia ita loquentem facit Socratem: *Αἱ των φαυλων ψυχαι αναγκαζονται πλανασθαι, δικην τινουσαι της προτερας τροφης κακης ουσης. Και μεχρι γε τουτου πλανωνται, ἑως αν τη του ξυνεπακολουθουντος του σωματοειδους επιθυμια παλιν ενδεθωσιν εις σωμα. Ενδουνται δε, ὡσπερ εικος, εις τα τοιαυτα ηθη ὁποια ατт' αν και μεμελετηκυιαι τυχωσιν εν τῳ βιῳ. Οἱον, τους μεν γαστριμαργιας τε και ὑβρεις και φιλοτησιας μεμελετηκοτας, εις τα των ονων γενη και των τοιουτων θηριων εικος ενδυεσθαι. — Τους δε γε αδικιας τε και τυραννιδας και ἁρπαγας προτετιμηκοτας, εις τα των λυκων τε και ἱερακων και ικτινων γενη. — Τους δε την δημοτικην και πολιτικην αρετην επιτετηδευκοτας, ἡν δη καλουσι σωφροσυνην τε και δικαιοσυνην, εξ εθους τε και μελετης γεγονυιαν ανευ φιλοσοφιας τε και νου, τουτους εικος εστιν εις τοιουτον παλιν αφικνεισθαι πολιτικον και ἡμερον γενος, η που μελιττων η σφηκων η μυρμηκων, η και εις ταυτον γε παλιν το ανθρωπινον γενος, και γιγνεσθαι εξ αυτων ανδρας μετριους. Εις δε γε θεων γενος, μη φιλοσοφησαντι και παντελως καθαρῳ απιοντι ου θεμις αφικνεισθαι αλλῳ η τῳ φιλομαθει.*

Post autem sationem eam diis, ut ita dicam, junioribus permisit, ut corpora mortalia effingerent, quantumque esset reliquum ex humano animo, quod deberet accedere, id omne et quae sequentia essent, perpolirent et absolverent: deinde ut huic animanti principem se ducemque praeberet, vitamque ejus pulcerrime regeret et gubernaret: nisi quatenus ipse benefactus sua culpa sibi aliquid miseriae quaereret. Atque is quidem, qui cuncta composuit, in suo manebat statu; qui autem erant ab eo creati, quum parentis ordinem cognovissent, hunc sequebantur. Itaque quum accepissent immortale principium mortalis animantis, imitantes genitorem et effectorem sui, particulas ignis et terrae et aquae et aëris a mundo, quas rursus redderent(56), mutuabantur, easque inter se copulabant, haud iisdem vinculis, quibus ipsi erant colligati, sed talibus, quae cerni non possent propter parvitatem, crebris quasi cuneolis interjectis, unum efficiebant ex omnibus corpus, itemque in eo animi divini ambitus illigabant.

In postrema parte Timaei, cujus versio a Cicerone conscripta periit, materiae natura et corporum ex ea genesis fusius docetur, sed pleraque adeo obscura sunt, ut jam antiquiores Platonis interpretes sensus illius saepissime latuerit. Hinc nos quoque filum abrumpimus, adjecto solummodo fine totius dialogi.

Θνητα και αθανατα ζωα λαβων και ξυμπληρωθεις ὁδε ὁ κοσμος, ὑτω ζωον ὁρατον, τα ὁρατα περιεχον, εικων του νοητου θεου(57), *αισθητος μεγιϛος*

(56) Gr. *απο του κοσμου δανειζομενοι μορια ὡς αποδοθησομενα παλιν, εις ταυτο λαμβανομενα ξυνεκολλων.* Non bene igitur vertit Cicero *αποδοθησομενα quas rursus redderent*, quum non dii illi creatores, sed homines creati eas sint redditurі.

(57) *Νοητος θεος* h. l. sine dubio est *κοσμος νοητος*, ad cujus

ςος και αριςος, καλλιςος τε και τελεωτατος γεγονεν, εἱς ουρανος ὁδε, μονογενης ων.

Apparet igitur ex Timaeo, Platonem docuisse

1. Duo esse principia coaeva, deum et materiam (quam et ανάγκην saepius vocat) a se invicem tamen prorsus distincta, quanquam Neo-Platonici ipsam quoque materiam e deo effluxisse censerent et pro systemate dualistico emanativum Platoni tribuerent. Nec tamen propterea Manichaeismi accusari potest Plato. Materia enim ejus nihil eorum habet, quae ad Dei naturam ab ipso requiruntur: siquidem intelligentia, bonitate, omnique in genere qualitate prorsus est destituta.

2. Mundum hunc ortum esse, non aeternum, quod postea docebat Aristoteles, quanquam ipsam quoque mundi aeternitatem, cui totius Timaei ratio manifestissime repugnat, Platoni obtruderent juniores Platonici, praepostero Aristotelem cum Platone consociandi studio abrepti (58).

3. Mundum hunc aspectabilem ad exemplar mundi cujusdam νόητου s. idealis a deo creatum esse.

4. Mun-

cujus exemplar creatus est mundus aspectabilis. Hic enim quum deus Platoni vocetur, multo magis ita vocari debebat mundus ille idealis, sive inhaerens menti divinae sive ex illa profectus et extra eam constitutus. Alio quoque loco mundum vocat *αγαλμα αϊδιων θεων*, quod etiam de ideis esse intelligendum probavit Moshemius ad Cudw. p. 671.

(58) Rectissime Cicero Platonis atque Aristotelis sententias ita distinguit (Tusc. 1, 28): „Possumusne dubitare, quin his praesit aliquis vel effector (si haec nata sunt, ut Platoni videtur) vel (si semper fuerunt, ut Aristoteli placet) moderator tanti operis.“ Hinc et supra p. 154 Vellejus contra Platonem ita argumentatur: „Cur mundi aedificator repente exstitit, innumerabilia secula dormivit?“

4. Mundum hunc quavis ratione optimum esse, quatenus non repugnarit materiae natura.

5. Animari eum ab anima quadam, prorsus tamen a Deo summo distincta, qua in re discessit Plato a Pythagora, qui ipsum Deum pro anima mundi haberet (vid. p. 54.) *quod postea Stoicis quoque placuit.*

6. Hanc tamen animam divinam esse. Quare et Dei nomine eam ornat, sicut ipsum quoque mundum ab ea animatum.

7. Unam tantummodo ejusmodi animam esse. Non enim audiendi sunt juniores Platonici, qui Platonem duas statuisse animas mentiuntur, unam εγκοσμιον, alteram ὑπερκοσμιον, quam posteriorem ad ipsius Dei naturam pertinere censebant, ut quandam Dei trinitatem effingerent (59). *Non tamen a Platonis mente abhorret bruta illa mundi anima, de qua loquitur Plutarchus (in Psychogonia Timaei), quae aeternum eumque turbulentum materiae motum effecerit, omnisque mali causam contineat; admista tamen meliori quadam divinae naturae parte emendata sit.*

8. In creatione hominis usum esse Deum diis quibusdam minoribus, antea ab ipso creatis (60).

Nat. d 2, 12. Audiamus Platonem, quasi quendam Deum philosophorum, cui duo placet esse motus, unum suum, alterum externum: esse autem divinius, quod ipsum ex se sua sponte moveatur, quam quod pulsu agitetur alieno. Hunc autem motum in solis ani-

(59) Prima hypostasis illis vocatur τ' *αγαθον* vel *ἓν προ παντων* etc. altera *λογος* vel *νους*, tertia *ψυχη* (sc. ὑπερκοσμιος illa.)

(60) Ceterum de Timaei dispositione et argumento et inprimis de creatione animae mundi prae ceteris legi merentur, quae scripsit doctissimus *Meiners* (Vermischte Schriften Th. I. 1—60.)

animis esse ponit, ab hisque principium motus esse ductum putat

Duos adhuc Platonis locos adjiciam, alterum de daemonibus, alterum de providentia divina.

Παν το δαιμονιον μεταξυ εςι θεου και θνητου. „Τινα δυναμιν εχον;" Ἑρμηνευον και διαπορθμευον θεοις τα παρ' ανθρωπων, και ανθρωποις τα παρα θεων, των μεν τας δεησεις και θυσιας, των δε τας επιταξεις τε και αμοιβας των θυσιων. Εν μεσῳ δε ον αμφοτερων ξυμπληροι, ὡςε το παν αυτο αὑτῳ ξυνδεδεσθαι· δια τουτου και ἡ μαντικη πασα χωρει, και ἡ των ἱερεων τεχνη των τε περι τας θυσιας και τας τελετας και τας επῳδας και την μαντικην πασαν και γοητειαν. θεος δε ανθρωπῳ ου μιγνυται, αλλα δια τουτου πασα εςιν ἡ ὁμιλια και ἡ διαλεκτος θεοις προς ανθρωπους, και εγρηγορσι και καθευδουσι. οὑτοι δη οἱ δαιμονες πολλοι και παντοδαποι εισιν· εἱς δε τουτων εςι και ὁ Ερως. Sympos. T. 3 p. 202.

Τον δε ἡγουμενον θεους ειναι, μη φροντιζειν δε αυτους ανθρωπινων πραγματων, παραμυθητεον. Ω αριςε δη (φωμεν) ὁτι μεν ἡγῃ θεους, συγγενεια τις ισως σε θεια προς το ξυμφυτον αγει τιμᾳν και νομιζειν ειναι. Κακων δε ανθρωπων και αδικων τυχαι, αληθειᾳ μεν ουκ ευδαιμονες, δοξᾳ δε ευδαιμονιζομεναι αγουσι σε προς ασεβειαν· η και προς τελος ισως ανοσιους ανθρωπους ὁρων ελθοντας γεραιους, παιδας παιδων καταλιποντας εν τιμαις ταις μεγιςαις, ταραττῃ τα νυν εν ἁπασι τουτοις. — Αλλ' ουδεν ταχ' αν ισως ειη χαλεπον, ενδειξασθαι τουτο γε, ὡς επιμελεις σμικρων εισι θεοι ουχ ἡττον η των μεγεθει διαφεροντων. αγαθοι γαρ οντες πασαν αρετην, την των παντων επιμελειαν οικειοτατην αὑτων ουσαν κεκτηνται. — Αργιᾳ δε δε και ῥαθυμιᾳ ουδεις αμελει θεων. — Θεων γε μην κτηματα φαμεν ειναι παντα ὁποσα θνητα ζωα. Ηδη τοινυν σμικρα η μεγαλα τις φατω ταυτα ειναι τοις θεοις. ουδετερως γαρ τοις κεκτημενοις ἡμας Leg. l. 10 T. 2. p. 899.

 αμελειν

αμελειν αν ειη προσηκον, επιμελεςατοις γε ουσι και αριςοις. — Ιατρῳ δε, προστεταγμενον ολον τι θεραπευειν βουλομενῳ και δυναμενῳ, των μεν μεγαλων επιμελουμενῳ, των μοριων δε και σμικρων αμελουντι, εξει ποτε καλως αυτῳ το παν; „Ουδαμως.“ — Ουδε ανευ σμικρων τους μεγαλους φασιν οἱ λιθολογοι λιθους ευ κεισθαι. Μη τοινυν τον γε θεον αξιωσωμεν ποτε θνητων δημιουργων φαυλοτερον; οἱ τα προσηκοντα αὑτοις εργα, ὁσωπερ αν αμεινους ωσι, τοσῳ ακριβεςερα και τελεωτερα μια τεχνη σμικρα και μεγαλα απεργαζονται· τον δε θεον, οντα τε σοφωτατον, βουλομενον τ᾽ επιμελεισθαι και δυναμενον, ὡν μεν ρᾳον ην επιμεληθηναι σμικρων οντων, μηδαμη επιμελεισθαι, καθαπερ αργον η δειλον τινα δια πονους ραθυμουντα· των δε μεγαλων. „Μηδαμως δοξαν τοιαυτην περι θεων αποδεχωμεθα. ουδαμη γαρ ουτε ὁσιον ουτ᾽ αληθες διανοημα διανοοιμεθ᾽ αν.“ — Πειθωμεν τον νεανιαν φιλαιτιον της αμελειας περι θεων, ὡς τῳ του παντος επιμελουμενῳ προς την σωτηριαν και αρετην του ὁλου παντ᾽ εςι συντεταγμενα, ὡν και το μερος εις δυναμιν ἑκαςον το προσηκον πασχει και ποιει· — ὡν ἑν και το σον, ω σχετλιε, μοριον εις το παν ξυντεινει βλεπον αει, καιπερ πανσμικρον ον. — Πας ιατρος και πας εντεχνος δημιουργος, παντος μεν ἑνεκα παντα εργαζεται, προς το κοινη ξυντεινων βελτιςον· μερος μην ἑνεκα ὁλου και ουχ ολον μερους ἑνεκα απεργαζεται. συ δε αγανακτεις, αγνοων, ὁπη το περι σε αριςον τῳ παντι ξυμβαινει και σοι. — — Ουδεν αλλο εργον τῳ θεῳ λειπεται πλην μετατιθεναι το μεν αμεινον γενομενον ηθος εις βελτιω τοπον, χειρον δε εις τον χειρονα, κατα το πρεπον αυτων ἑκαςον, ἱνα της προσηκουσης μοιρας λαγχανη. — Αυτη τοι δικη εςι θεων, οἱ Ολυμπον εχουσιν. — Και ουκ αμεληθηση ποτε ὑπ᾽ αυτης· ουχ᾽ οὑτω σμικρος ων δυση κατα το της γης βαθος· ουδ᾽ ὑψηλος γενομενος εις τον ουρανον αναπτηση. Τισεις δε αυτων την προσηκουσαν τιμω-

τιμωριαν, ειτ' ενθαδε μενων, ειτε και εν ἁδου διαπορευθεις, ειτε και τουτων εις αγριωτερον ετι διακομισθεις τοπον. Ὁ αυτος δε λογος σοι και περι εκεινων αν ειη, των, οὑς συ κατιδων εκ σμικρων μεγαλους γεγονοτας, ανοσιουργησαντας, ᾠηθης εξ αθλιων ευδαιμονας γεγονεναι, κατα, ὡς εν κατοπτροις, αυτων ταις πραξεσιν ἡγησω καθεωρακεναι την παντων αμελειαν θεων· ουκ ειδως αυτων την συντελειαν, ὁπῃ ποτε τῳ παντι ζυμβαλλεται.

Reſtant quaedam dicenda de Ideis Platonis, rerum exemplaribus.

Phidias, quum faceret Jovis formam aut Minervae, non contemplabatur aliquem, e quo ſimilitudinem duceret: ſed ipſius in mente inſidebat ſpecies pulcritudinis eximia quaedam, quam intuens, in eaque defixus, ad illius ſimilitudinem artem et manum dirigebat. Ut igitur in formis et figuris eſt aliquid perfectum et excellens, cujus ad cogitatam ſpeciem imitando referuntur ea, quae ſub oculos ipſa cadunt: ſic perfectae eloquentiae ſpeciem animo videmus, effigiem auribus quaerimus. Has rerum formas appellat ideas ille non intelligendi ſolum ſed etiam dicendi graviſſimus auctor et magiſter Plato: easque gigni negat, et ait ſemper eſſe, ac ratione et intelligentia contineri: cetera naſci, occidere, fluere, labi nec diutius eſſe uno et eodem ſtatu. Or. 3.

Nihil putat Plato eſſe (61), quod oriatur et intereat, idque ſolum Eſſe, quod ſemper tale ſit, quale *ιδεαν* appellat ille, nos ſpeciem. Has ſpecies, quas mirifice Plato erat amplexatus, ut in his quiddam divinum eſſe diceret, Ariſtoteles primus labefactavit. Tuſc. 1. 24. Ac. 1, 9.

L 2 *Mul-*

(61) Sextus Emp. Pyrrh. Hyp. 3. c 5. *Πλατων γινομενα μεν, οντα δε ουδεποτε καλει τα σωματα.* vid. p. 146.

Multus est Aristoteles in refutandis Ideis Platonicis. Inter alia ita scribit:

Metaph. I, 7. *Το λεγειν παραδειγματα ειδη ειναι, και μετεχειν αυτων ταλλα, κενολογειν εςι και μεταφορας λεγειν ποιητικας. — εςαι τε πλειω παραδειγματα του αυτου, ώςε και ειδη, οἷον το ανθρωπος* (leg. videtur *του ανθρωπου*) *το ζωον, το διπουν, ἅμα δε και το αυτο ανθρωπος* (62). *— ετι δοξειεν αν αδυνατον, ειναι χωρις την ουσιαν και οὗ ἡ ουσια. ὥςε πως αν αἱ ιδεαι, ουσιαι των πραγματων ουσαι, χωρις ειεν;*

Idem alio loco, ubi tamen Platonem non nominat, quanquam nullum dubium sit, de hoc sermonem esse:

Met. 13, 4. *Συνεβη ἡ περι των ειδων δοξα τοις ειπουσι δια το πεισθηναι περι της αληθειας τοις Ἡρακλειτειοις λογοις, ὡς παντων των αισθητων αει ρεοντων· ὥς', ειπερ επιςημη τινος εςαι και φρονησις, ἑτερας δειν τινας φυσεις ειναι, παρα* (praeter) *τας αισθητας, μενουσας· ου γαρ ειναι των ρεοντων επιςημην. — Ὁ μεν Σωκρατης τα καθολου* (universalia) *ου χωριςα εποιει· οἱ δε* (Platonem innuit) *εχωρισαν, και τα τοιαυτα των οντων ιδεας προσηγορευσαν,*

Aristoteles igitur, ut ex hoc loco, aliisque locis apparet, magistri sententiam ita intellexit, ut eum statuisse crederet, Ideas esse substantias quasdam separatim exsistentes. Vehementer enim non solum recentiores, sed ipsi jam veteres inter se diffidebant, utrum Platonis species et exempla rerum naturae sint ex dei intelligentia procreatae, et extra eam separatim exsistentes, an vero notiones tantum animi divini nec idcirco extra Deum constitutae; quod posterius.

(62) **Sensus est: Unius ejusdemque rei plura erunt exemplaria e. g. hominis, cujus aliud exsistat necesse est exemplar, quatenus homo, aliud quatenus animal, aliud denique, quatenus bipes est.**

sterius non solum illis, quos vulgo Neoplatonicos vocant, placuit (ita tamen, ut λογον vel secundam divinitatis hypostasin haec rerum exemplaria continere dicerent) sed etiam Plutarcho aliisque. Plutarchus quidem ita scribit:

Ιδεα εστιν ουσια ασωματος, αυτη μεν μη ὑφεστωσα καθ' αὑτην, εικονιζουσα δε τας αμορφους ὑλας και αιτια γενομενη της τουτων δειξεως. Σωκρατης και Πλατων χωρισας της ὑλης ουσιας τας ιδεας ὑπολαμβανει, εν τοις νοημασι και εν ταις φαντασιαις του θεου, τουτεστι του νου, ὑφεστωσας. Plac. Phil. I, 10.

Omnino fatendum est, Platonem saepius Ideas suas describere ut res peculiari substantia et exsistentia praeditas, saepe tamen ita de iis loqui, quasi nonnisi divinae intelligentiae notiones de rerum essentiis sint, quas deus mundum creaturus respexerit. Quare rectissime Cyrillus contra Julian. p. 66

Τας ιδεας ποτε μεν ουσιας, και ὑφεσαναι καθ' ἑαυτας διϊσχυριζεται Πλατων, ποτε δε και εννοιας ειναι Θεου διοριζεται.

Psychologica.

Pythagoras primum, dein Plato animum in duas partes dividunt; alteram rationis participem faciunt, alteram expertem: in participe rationis ponunt tranquillitatem i. e. placidam quietamque constantiam: in illa altera motus turbidos quum irae tum cupiditatis, contrarios inimicosque rationi. Tusc. 4, 5.

Plato triplicem (63) finxit animum, cujus principatum, id est rationem, in capite sicut in arce posuit: ib. 1, 10.

(63) Non haec repugnant superioribus, ubi duas animi partes Plato statuisse dicebatur. Eam enim animi partem, quae rationis expers est, rursus dividebat in duas

ſuit: et duas partes ei parere voluit, iram et cupiditatem, quas locis diſcluſit; iram in pectóre, cupiditatem ſubter praecordia locavit.

Tuſc. 1, 24. Habet animus hominis memoriam, et eam infinitam rerum innumerabilium, quam quidem Plato recordationem eſſe vult vitae ſuperioris; nam in illo libro, qui inſcribitur Menon, puſionem quendam Socrates interrogat quaedam geometrica de dimenſione quadrati; ad ea ſic ille reſpondet, ut puer: et tamen ita faciles interrogationes ſunt, ut gradatim reſpondens eodem perveniat, quo, ſi geometrica didiciſſet. Ex quo effici vult Socrates, ut diſcere nihil aliud ſit niſi recordari. Quem locum multo etiam accuratius explicat in eo ſermone, quem habuit eo ipſo die, quo exceſſit e vita (64). Docet enim quemvis, qui omnium rerum rudis eſſe videatur, bene interroganti reſpondentem declarare, ſe non tum illa diſcere, ſed reminiſcendo recognoſcere: nec vero fieri ullo modo poſſe, ut a pueris tot rerum atque tantarum inſitas et quaſi conſignatas in animis notiones, quas *εννοιας* vocant, haberemus, niſi animus, antequam in corpus intraviſſet, in rerum cognitione viguiſſet.

Senect. c. 21. Magnoque eſt argumento, homines ſcire pleraque ante quam nati ſint, quod jam pueri, quum artes difficiles diſcant, ita celeriter res innumerabiles arripiant, ut eas non tum primum accipere videantur, ſed reminiſci et recordari.

Si,

duas partes, quae ſunt *θυμος* et *επιθυμια*, locis tamen diſcretas. vid. Timaeus p. 70. T. 3. ed Steph. Libro IX. de Rep. T. 2. p. 580. ſcribit: *Ψυχη ἑνος ἑκαςου τριχη διῃρηται· το μεν, ῳ μανθανει ανθρωπος· το δε, ῳ θυμουται· το δε τριτον, επιθυμητικον κεκληκαμεν δια σφοδροτητα των τε περι εδωδην επιθυμιων και ποσιν και αφροδισια, και ὁσα αλλα τουτοις ακολουθα.*

(64) De eo, quem in Phaedone expoſuit Plato, loquitur, ubi conf. c. 18 — 22.

Si, qualis sit animus, ipse animus nesciet; dic, quaeso, ne esse quidem se sciet? ne moveri quidem se? ex quo illa ratio nata est Platonis, quae a Socrate est in Phaedro explicata, a me autem posita est in sexto libro de Republica. „Quod semper movetur, aeternum est. Quod autem motum affert alicui, quodque ipsum agitatur aliunde, quando finem habet motus, vivendi finem habeat necesse est. Solum igitur, quod se ipsum movet, quia nunquam deseritur a se, nunquam ne moveri quidem desinit. Quin etiam ceteris, quae moventur, hic fons, hoc principium est movendi. Principii autem nulla est origo: nam e principio oriuntur omnia: ipsum autem nulla ex re alia nasci potest: nec enim esset id principium, quod gigneretur aliunde. Quodsi nunquam oritur, ne occidit quidem unquam: nam principium exstinctum nec ipsum ab alio renascetur, nec a se aliud creabit; siquidem necesse est a principio oriri omnia. Ita fit, ut motus principium ex eo sit, quod ipsum a se movetur. Id autem nec nasci potest, nec mori: vel concidat omne coelum omnisque terra et consistat necesse est, nec vim ullam nanciscatur, qua primo impulsa moveatur. Quum pateat igitur, aeternum id esse, quod se ipsum moveat: quis est qui hanc naturam animis esse tributam neget? Inanimum est enim omne, quod pulsu agitatur externo. Quod autem est animal, id motu cietur interiore et suo. Nam haec est propria natura animi atque vis: quae si est una ex omnibus, quae se ipsa semper moveat, neque nata certe est, et aeterna est.“ Licet concurrant omnes plebeji philosophi (sic enim hi, qui a Platone et Socrate et ab ea familia dissident, appellandi videntur), non modo nihil unquam tam eleganter explicabunt, sed ne hoc quidem ipsum, quam subtiliter conclusum sit, intelligent. Sentit igitur animus Tusc. 1, 22.

se moveri: quod quum sentit, illud una sentit, se vi sua, non aliena, moveri, nec accidere posse, ut ipse unquam a se deseratur. Ex quo efficitur aeternitas.

Div. I, 37. Negat, sine furore Democritus quemquam poëtam magnum esse posse, quod idem dicit Plato: quem, si placet, appellet furorem, dummodo is furor ita laudetur ut in Phaedro Platonis laudatus est. *Ibi enim inter alia ita loquitur* Socrates:

Νυν δε τα μεγιςα των αγαθων ἡμιν γιγνεται δια μανιας, θεια μεντοι δοσει διδομενης. ἡτε γαρ δη εν Δελφοις προφητις, αἱ τ᾽ εν Δωδωνη ἱερειαι, μανεισαι μεν πολλα δε και καλα ιδια τε και δημοσια την Ἑλλαδα ειργασαντο· σωφρονουσαι δε, βραχεα η ουδεν.

Ethica quaedam.

Tusc. 5. 12. Apud Platonem saepe haec oratio usurpata est, ut nihil praeter virtutem diceretur bonum: velut in Gorgia Socrates, quum esset ex eo quaesitum, Archelaum Perdiccae filium, qui tum fortunatissimus haberetur, nonne beatum putaret: Haud scio, inquit: nunquam enim cum eo collocutus sum. (*cetera lege p. 96*). Sed certe miser est Archelaus, si injustus. Videturne omnem hic beatam vitam in una virtute ponere? Quid vero? in Epitaphio (65) quomodo idem? Nam cui viro, inquit, ex se ipso apta sunt omnia, quae ad beate vivendum ferunt, nec suspensa aliorum aut bono casu aut contrario pendere ex alterius eventis et errare coguntur, huic optime vivendi ratio comparata est: hic est ille moderatus, hic fortis, hic sapiens; hic, et nascentibus et cadentibus quum reliquis commodis tum maxime liberis, parebit et obediet praecepto illi veteri (66): neque

(65) seu Menexeno.
(66) *Μηδεν αγαν.*

neque enim laetabitur unquam nec moerebit nimis, quod semper in se ipse omnem spem reponet sui.

Satis nobis (si modo in philosophia aliquid profecimus) persuasum esse debet; si omnes deos homines que celare possimus, nihil tamen avare, nihil injuste, nihil libidinose, nihil incontinenter esse faciendum. Hinc ille Gyges inducitur a Platone (de Rep. l. 2.): qui, quum terra discessisset magnis quibusdam imbribus, in illum hiatum descendit, aeneumque equum (ut ferunt fabulae) animadvertit, cujus in lateribus fores essent: quibus apertis, hominis mortui vidit corpus magnitudine inusitata, annulumque aureum in digito: quem ut detraxit, ipse induit (erat autem regius pastor): tum in concilium pastorum se recepit. Ibi quum palam ejus annuli ad palmam converterat, a nullo videbatur, ipse autem omnia videbat. Idem rursus videbatur, quum in locum annulum inverterat. Itaque hac opportunitate annuli usus, reginae stuprum intulit, eaque adjutrice regem dominum interemit, sustulitque, quos obstare arbitrabatur; nec in his eum quisquam facinoribus potuit videre. Sic repente annuli beneficio rex exortus est Lydiae. Hunc igitur ipsum annulum si habeat sapiens, nihilo plus sibi licere putet peccare, quam si non haberet. Honesta enim bonis viris, non occulta quaeruntur. Atque hoc loco philosophi quidam, minime mali illi quidem, sed non satis acuti, fictam et commenticiam fabulam dicunt prolatam a Platone: quasi vero ille aut factum id esse aut fieri potuisse defendat. Haec est vis hujus annuli et hujus exempli: si nemo sciturus, nemo ne suspicaturus quidem sit, quum aliquid, divitiarum, potentiae, dominationis, libidinis causa, feceris, si id diis hominibusque futurum sit semper ignotum: sisne facturus,

Off. 3, 9.

Ethices Platonis principium erat ſtudium ad Dei ſimilitudinem enitendi, qua de re ſimulque de mali moralis origine in Theaeteto (T. 1. p. 176) ita diſſerentem facit Socratem:

Ουτ᾽ απολεσθαι τα κακα δυνατον (ὑπεναντιον γαρ τι τῳ αγαθῳ αει ειναι αναγκη), ουτ᾽ εν θεοις αυτα ἱδρυσθαι· την δε θνητην φυσιν και τονδε τον τοπον περιπολει εξ αναγκης. διο και πειρασθαι χρη, ενθενδε φευγειν ὁτι ταχιςα. φυγη δε, ὁμοιωσις θεῳ κατα το δυνατον· ὁμοιωσις δε, δικαιον και ὁσιον μετα φρονησεως γενεσθαι. Αλλα γαρ ου πανυ τι ῥᾳδιον, πεισαι, ὡς αρα ουχ, ὡν ἑνεκα οἱ πολλοι φασι δειν πονηριαν μεν φευγειν, αρετην δε διωκειν, τουτων χαριν το μεν επιτηδευτεον, το δ᾽ ου, ἱνα δη μη κακος και ἱνα αγαθος δοκῃ ειναι. Ταυτα μεν γαρ εςιν ὁ λεγομενος γραων ὑθλος, ὡς εμοι φαινεται. Το δε αληθες ὡδε λεγομεν. Θεος ουδαμη ουδαμως αδικος, αλλ᾽ ὡς οἱον τε δικαιοτατος· και ουκ εςιν αυτῳ ὁμοιοτερον ουδεν η ὁς αν ἡμων αυ γενηται ὁτι δικαιοτατος.

Leg. 2, 16. Donis impii ne placare audeant deos: Platonem audiant, qui vetat dubitare, qua ſit mente futurus deus (67), quum vir nemo bonus ab improbo ſe donari velit.

Off. 1, 7. et Fin. 2, 14. Praeclare ſcriptum eſt a Platone: non nobis ſolis nati ſumus, ortusque noſtri partem patria vindicat, partem amici. Hoc ad Archytam ſcripſit Plato (vid. p. 65).

Divin. 2, 58. Pythagoras et Plato, locupletiſſimi auctores, quo in ſomnis certiora videamus, praeparatos quodam cultu atque victu proficiſci ad dormiendum jubent. — Jubet igitur Plato ſic ad ſomnum proficiſci corporibus affectis, ut nihil ſit, quod errorem animis perturbationemque afferat. Vide enim, quid Socra-

(ib. 1, 30. — ib. c. 29.)

(67) Tunc ſcil. ſi quis audeat eum donis quaſi corrumpere.

Socrates in Platonis Politia loquatur. Dicit: „Quum dormientibus ea pars animi, quae mentis et rationis sit particeps, sopita langueat: illa autem, in qua feritas quaedam sit atque agrestis immanitas, quum sit immoderato tumefacta potu atque pastu, exsultare eam in somno immoderateque jactari. Itaque huic omnia visa objiciuntur, a mente ac ratione vacua, ut aut cum matre corpus miscere videatur, aut cum quovis alio vel homine vel deo, saepe bellua: atque etiam trucidare aliquem et impie cruentari, multaque facere impure atque tetre, cum temeritate et impudentia. At qui salubri et moderato cultu atque victu quieti se tradiderit, ea parte animi, quae mentis et consilii est, agitata et erecta, saturataque bonarum cogitationum epulis; eaque parte animi, quae voluptate alitur, nec inopia enecta nec satietate affluenti (quorum utrumque praestringere aciem mentis solet, sive deest naturae quidpiam, sive abundat atque affluit), illa etiam tertia parte animi, in qua irarum exsistit ardor, sedata atque restincta: tum eveniet, duabus animi temerariis partibus compressis, ut illa tertia pars rationis et mentis eluceat, et se vegetam ad somniandum acremque praebeat: tum ei visa quietis occurrent tranquilla atque veracia." Haec verba ipsa Platonis expressi.

Divine Plato escam malorum voluptatem appellat, quod ea videlicet homines capiantur, ut hamo pisces. Senect. 13.

Praeclare Plato: Beatum, cui etiam in senectute contigerit, ut sapientiam verasque opiniones assequi possit. Fin. 5, 21.

Poli-

Politica.

Leg. 2, 6. Vir doctiſſimus Plato atque idem graviſſimus philoſophorum omnium princeps de republica conſcripſit, idemque ſeparatim de legibus ejus. Hic Zaleucum et Charondam imitatus hoc quoque legis putavit eſſe, perſuadere aliquid, non omnia vi ac minis cogere.

In prooemio libri Ciceronis de Legibus, ita inter alia confabulantur Atticus et Cicero:

ib. 1, 5. *Att.* Si quaeres, ego quid exſpectem: quoniam ſcriptum eſt a te de optimo reipublicae ſtatu, conſequens eſſe videtur, ut ſcribas tu idem de legibus. Sic enim feciſſe video Platonem illum tuum, quem tu admiraris, quem omnibus anteponis, quem maxime diligis. *Cic.* Visne igitur, ut ille Crete cum Clinia et cum Lacedaemonio Megillo, aeſtivo, quemadmodum deſcribit, die, in cupreſſetis Cnoſiorum et ſpatiis ſilveſtribus, crebro inſiſtens, interdum acquieſcens, de inſtitutis rerum publicarum ac de optimis legibus diſputat: ſic nos inter has proceriſſimas populos, in viridi opacaque ripa inambulantes, tum autem reſidentes, quaeramus iisdem de rebus?

Off. 1, 25. Omnino, qui reipublicae praefuturi ſunt, duo Platonis praecepta teneant: Unum, ut utilitatem civium ſic tueantur, ut, quaecumque agunt, ad eam referant, obliti commodorum ſuorum: alterum, ut totum corpus reipublicae curent: ne, dum partem aliquam tuentur, reliquas deſerant. — Miſerrima *quoque* eſt ambitio honorumque contentio: de qua praeclare apud eundem eſt Platonem: ſimiliter facere eos, qui inter ſe contenderent, uter potius rempubl. adminiſtraret, ut ſi nautae certarent, quis eorum potiſſimum gubernaret. Idemque praecepit, ut eos adverſarios exiſtimemus, qui arma contra ferant; non eos, qui ſuo judicio tueri remp. velint.

Plato

Plato Titanum e genere statuit eos, qui, ut illi coelestibus, sic hi adversentur magistratibus. Leg. 3, 2.

Princeps ingenii et doctrinae Plato tum denique fore beatas respublicas putavit, si aut docti ac sapientes homines eas regere coepissent, aut ii, qui regerent, omne suum studium in doctrina ac sapientia collocarent Hanc conjunctionem videlicet potestatis ac sapientiae saluti censuit civitatibus esse posse. Ep. ad Q. Fratr. I; 1, 10.

Noster Plato magis etiam quam Lycurgus omnia prorsus jubet esse communia, ne quis civis propriam, aut suam rem ullam queat dicere (68). Fragm. p. 1082.

Ad malam domesticam disciplinam vitamque umbratilem et delicatam quum accesserunt etiam poetae; nervos omnes virtutis elidunt. Recte igitur a Platone educuntur ex ea civitate, quam finxit ille, quum optimos mores, et optimum reipublicae statum exquireret. Tusc. 2, 10.

Assentior Platoni, nihil tam facile in animos teneros atque molles influere, quam varios canendi sonos? Leg. 2, 15.

(68) Saepius de hac communitate omnium bonorum, ipsarum quoque mulierum atque liberorum in libris de Rep. et de Legibus disserit. Qua de re duos tantum adjiciam locos. L. V. de Leg. (T. 2. p. 739) scribit: *Πρωτη μεν τοινυν πολις τε εςι και πολιτεια και νομοι αριςοι, όπου το παλαι λεγομενον αν γιγνηται κατα πασαν την πολιν ότι μαλιςα· λεγεται δε, ὡς οντως εςι κοινα τα φιλων. τουτ᾽ ὀυν ειτε που νυν εςιν ειτ᾽ εςαι ποτε, κοινας μεν γυναικας, κοινους δε ειναι παιδας, κοινα δε χρηματα ξυμπαντα· και παση μηχανη το λεγομενον ιδιον πανταχοθεν εκ του βιου άπαν εξηρησθαι.* Et de Rep. l. V. (p. 457) *έπεται νομος όδε, τας γυναικας των ανδρων παντων πασας ειναι κοινας, ιδια δε μηδενι μηδεμιαν συνοικειν, και τους παιδας αν κοινους, και μητε γονεα εκγονον ειδεναι τον αὑτου, μητε παιδα, γονεα.* In seqq. dein ostendere conatur, hanc communitatem majorem in civitate concordiam esse effecturam; qua in re philosophum nostrum, phantasiae vi abreptum, maxime falli nemo non videt.

ſonos: quorum dici vix poteſt quanta ſit vis in utramque partem. Quamobrem ille quidem ſapientiſſimus Graeciae vir longeque doctiſſimus negat mutari poſſe muſicas leges ſine mutatione legum publicarum. Ego autem nec tam valde id timendum nec plane contemnendum puto.

Leg. 2, 18. Agri ne conſecrentur, Platoni prorſus aſſentior: qui, ſi modo interpretari potuero, his fere verbis utitur (de Leg. l. 12): „Terra igitur, ut focus domiciliorum, ſacra deorum omnium eſt. Quocirca ne quis iterum idem conſecrato. Aurum autem et argentum in urbibus et privatim et in fanis invidioſa res eſt. Tum ebur ex inani (69) corpore extractum haud ſatis caſtum donum deo. Jam aes atque ferrum duelli inſtrumenta, non fani. Ligneum autem, quod quis voluerit, uno e ligno dedicato, itemque lapideum in delubris communibus. Textile ne operoſius, quam mulieris opus menſtruum. Color autem albus praecipue decorus deo eſt tum in ceteris, tum maxime in textili; tincta vero abſint, niſi a bellicis inſignibus. Diviniſſima autem dona, aves et formae ab uno pictore uno abſolutae die: itemque cetera hujus exempli dona ſunto.“

ib. 27. Plato juſta funerum rejicit ad interpretes religionum. De ſepulcris autem dicit haec (de Rep. XII. p. 958. T. 2.). Vetat ex agro culto, eove, qui coli poſſit, ullam partem ſumi ſepulcro: ſed, quae natura agri tantummodo efficere poſſit, ut mortuorum corpora ſine detrimento vivorum recipiat, ea potiſſimum ut compleatur: quae autem terra fruges ferre, et, ut mater, cibos ſuppeditare poſſit, eam ne quis nobis minuat, neve vivus neve mortuus. Exſtrui autem vetat ſepulcrum altius, quam quod quinque diebus homines quinque abſolverint, nec e lapide

(69) Inani i. e. exanimi.

pide excitari plus, nec imponi, quam quod capiat laudem mortui, incisam ne plus quatuor heroia versibus: quos longos appellat Ennius. Habemus igitur hujus auctoritatem de sepulcris summi viri: a quo iterum funerum sumtus praefinitur ex censibus, a minis quinque usque ad minam. Deinceps dicit de immortalitate animorum et reliqua post mortem tranquillitate bonorum, poenis impiorum.

ACADEMICI.

1. *Academia vetus.*

Platonis auctoritate, qui varius et multiplex et copiosus fuit, una et consentiens duobus vocabulis philosophiae forma instituta est, Academicorum et Peripateticorum, qui rebus congruentes, nominibus differebant (1). Nam quum Speusippum sororis filium, Plato philosophiae quasi heredem reliquisset; discipulos autem praestantissimos studio atque doctrina, Xenocratem Chalcedonium et Aristotelem Stagiritem: qui erant cum Aristotele, Peripatetici dicti sunt, quia disputabant inambulantes in Lyceo: illi autem, qui Platonis instituto in Academia, quod est alterum gymnasium, coetus erant et sermones habere soliti, e loci vocabulo nomen ha-

Acad. 1. c. 4. sqq.

(1) Saepissime Cicero hunc Academicorum veterum cum Peripateticis consensum affirmat. Nec tamen id ita intelligendum, quasi nulla in re vere dissenserint. Dissentiebant e. g. in ortu mundi, quem confirmatum a Platone sustulit Aristoteles. In multis tamen nomine magis differebant quam re, quanquam omni tempore fuere, qui hunc Platonis et Aristotelis consensum nimis augerent, ideoque in concordiam missuri saepius utriusque philosophiae vim quandam inferre cogerentur.

habuerunt. Sed utrique, Platonis ubertate completi, certam quandam disciplinae formulam composuerunt, et eam quidem plenam ac refertam: illam autem Socraticam dubitationem de omnibus rebus et nulla affirmatione adhibita consuetudinem disserendi reliquerunt. Ita facta est quod minime Socrates probabat, ars quaedam philosophiae, et rerum ordo et descriptio disciplinae (2). Quae quidem erat primo duobus, ut dixi, nominibus, una. Nihil enim inter Peripateticos et illam veterem Academiam differebat. Abundantia quadam ingenii praestabat, ut mihi videtur quidem, Aristoteles: sed idem fons erat utrisque, et eadem rerum expetendarum fugiendarumque partitio.

s. 5. Fuit ergo jam accepta a Platone philosophandi ratio triplex: una de vita et moribus: altera de natura et rebus occultis: tertia de disserendo, et quid verum, quid falsum; quid rectum in oratione pravumve; quid consentiens, quid repugnans, judicando. Ac primam illam partem bene vivendi a natura petebant, eique parendum esse dicebant: neque ulla alia in re, nisi in natura, quaerendum esse illud summum bonum, quo omnia referrentur: constituebantque extremum esse rerum expetendarum et finem bonorum, adeptum esse omnia e natura, et animo et corpore et vita. Corporis autem alia ponebant esse in toto, alia in partibus; valetudinem, vires, pulcritudinem, in toto: in partibus autem sensus integros, et praestantiam aliquam partium singularum: ut in pedibus, celeritatem: vim, in

(2) Sensus est, hos philosophos, ut nunc loquimur, systemata philosophiae discipulis suis tradidisse. Licet enim Plato de rebus physicis et dialecticis aeque ac moralibus egerit: id tamen ordine non adhibito praestitit, nec ei fuit in animo, simul integram tradere disciplinam. *Davies.*

in manibus: claritatem, in voce: in lingua etiam explanatam vocum expressionem. Animi autem, quae essent ad comprehendendam ingeniis virtutem idonea: eaque ab iis in naturam et mores dividebantur. Naturae celeritatem ad discendum, et memoriam dabant: quorum utrumque, mentis esset proprium et ingenii. Morum autem putabant studia esse et quasi consuetudinem: quam partim exercitationis assiduitate, partim ratione formabant; in quibus erat philosophia ipsa: in qua quod inchoatum est neque absolutum, progressio quaedam ad virtutem appellatur: quod autem absolutum, id est virtus, quasi perfectio naturae, omniumque rerum, quas in animis ponunt, una res optima. Ergo haec animorum. Vitae autem (id enim erat tertium) adjuncta esse dicebant, quae ad virtutis usum valerent. Jam virtus cernitur in quibusdam animi et corporis bonis, quae non tam naturae quam beatae vitae adjuncta sunt (3). Hominem esse censebant quasi partem quandam civitatis et universi generis humani, eumque esse conjunctum cum omnibus humana quadam societate. Ac de summo quidem atque naturali bono sic agunt. Cetera autem pertinere ad id putant, aut ad augendum aut ad tuendum, ut divitias, ut opes, ut gloriam, ut gratiam. Ita tripartita ab iis inducitur ratio bonorum. Atque c. 6.
haec illa sunt tria genera, quae putant plerique Peripateticos dicere. Id quidem non falso: est enim haec partitio illorum: illud imprudenter, si alios esse Academicos, qui tum appellarentur, alios Peripateticos arbitrantur. Communis haec ratio et utrisque hic bonorum finis videbatur, adipisci quae essent prima in natura, quaeque ipsa per sese expetenda, aut

(3) *Adjuncta* sunt quae non semper eveniunt. Ita Cicero Topic. 2.

aut omnia, aut maxima. Ea ſunt autem maxima, quae in ipſo animo atque in ipſa virtute verſantur. Itaque omnis illa antiqua philoſophia ſenſit, in una virtute eſſe poſitam beatam vitam: nec tamen beatiſſimam, niſi adjungerentur et corporis, et cetera, quae ſupra dicta ſunt, ad virtutis uſum idonea. Ex hac deſcriptione, agendi quoque aliquid in vita et officii ipſius initium reperiebatur, quod erat in conſervatione earum rerum, quas natura praeſcriberet. Hinc gignebatur fuga deſidiae, voluptatumque contemtio: ex quo laborum dolorumque ſuſceptio multorum, magnorum, recti honeſtique cauſa, et earum rerum, quae erant congruentes cum deſcriptione naturae: unde et amicitia exſiſtebat et juſtitia atque aequitas: haeque et voluptatibus et cunctis vitae commodis anteponebantur. Haec quidem fuit apud eos morum inſtitutio, et ejus partis, quam primam poſui, forma atque deſcriptio.

c. 7. De natura autem (id enim ſequebatur) ita dicebant, ut eam dividerent in res duas: ut altera eſſet efficiens, altera autem quaſi huic ſe praebens, ea, quae efficeretur aliquid. In eo, quod efficeret, vim eſſe cenſebant: in eo autem, quod efficeretur, materiam quandam: in utroque tamen utrumque. Neque enim materiam ipſam cohaerere potuiſſe, ſi nulla vi contineretur, neque vim ſine aliqua materia. Nihil eſt enim, quod non alicubi eſſe cogatur. Sed quod ex utroque, id jam corpus et quaſi qualitatem quandam nominabant. Dabitis enim profecto, ut in rebus inuſitatis, quod Graeci ipſi faciunt, a quibus haec jam diu tractantur, utamur verbis interdum inauditis. Qualitates igitur appellavi, quas *ποιοτητας* Graeci vocant: quod ipſum apud Graecos non eſt vulgi verbum, ſed philoſophorum; atque id in multis. Dialecticorum vero verba nulla ſunt publica; ſuis utuntur. Et id quidem com-

commune omnium fere est artium: aut enim nova sunt rerum novarum facienda nomina aut ex aliis transferenda. Earum igitur qualitatum sunt aliae principes, aliae ex iis ortae. Principes sunt unius modi et simplices: ex iis autem ortae variae sunt et quasi multiformes. Itaque aër, et ignis et aqua et terra, prima sunt; ex iis autem ortae animantium formae, earumque rerum, quae gignuntur e terra. Ergo illa initia et, ut e Graeco vertam, elementa dicuntur: e quibus aër et ignis movendi vim habent et efficiendi; reliquae partes accipiendi et quasi patiendi: aquam dico et terram. Quintum genus, e quo essent astra mentesque, singulare, eorumque quatuor, quae supra dixi, dissimile Aristoteles quoddam esse rebatur. Sed subjectam putant omnibus sine ulla specie atque carentem omni illa qualitate materiam quandam, ex qua omnia expressa atque efficta sint (quae tota omnia accipere possit, omnibusque modis mutari atque ex omni parte): eoque etiam interire, non in nihilum, sed in suas partes, quae infinite secari ac dividi possint: quum sit nihil omnino in rerum natura minimum, quod dividi nequeat: quae autem moveantur, omnia intervallis moveri, quae intervalla item infinite dividi possint. Et quum ita moveatur illa vis, quam qualitatem esse diximus, et quum sic ultro citroque versetur: et materiam ipsam totam penitus commutari putant, et illa effici, quae appellant qualia, e quibus in omni natura cohaerente et continuata cum omnibus suis partibus effectum esse mundum: extra quem nulla pars materiae sit, nullumque corpus. Partes autem esse mundi omnia, quae insint in eo, quae natura sentiente teneantur, in qua ratio perfecta insit, quae sit eadem sempiterna (nihil enim valentius esse, a quo intereat): quam vim animum esse dicunt mundi, eandemque esse mentem sapientiam-

que perfectam: quem deum appellant, omniumque rerum, quae sunt ei subjectae, quasi prudentiam quandam, procurantem coelestia maxime, deinde in terris ea, quae pertinent ad homines: quam interdum eandem necessitatem appellant, quia nihil aliter possit, atque ab ea constitutum sit, ire, quasi fatalem et immutabilem continuationem ordinis sempiterni; nonnunquam quidem eandem fortunam, quod efficiat multa improvisa haec, nec opinata nobis, propter obscuritatem ignorationemque causarum.

c. 8. Tertia deinde philosophiae pars, quae erat in ratione et in disserendo, sic tractabatur ab utrisque. Quanquam oriretur a sensibus, tamen non esse judicium veritatis in sensibus. Mentem volebant rerum esse judicem: solam censebant idoneam, cui crederetur, quia sola cerneret id, quod semper esset simplex et uniusmodi et tale, quale esset. Hanc illi Ideam appellabant, jam a Platone ita nominatam: nos recte speciem possumus dicere. Sensus autem omnes hebetes et tardos esse arbitrabantur, nec percipere ullo modo res eas, quae subjectae sensibus viderentur; quae essent aut ita parvae, ut sub sensum cadere non possent; aut ita mobiles et concitatae, ut nihil unquam unum esset constans; ne idem quidem, quia continenter laberentur et fluerent omnia. Itaque hanc omnem partem rerum, opinabilem appellabant. Scientiam autem nusquam esse censebant, nisi in animi notionibus atque rationibus; qua de causa definitiones rerum probabant, et has ad omnia, de quibus disceptabatur, adhibebant: verborum etiam explicatio probabatur, id est, qua de causa quaeque essent ita nominata; quam etymologiam appellabant: post argumentis, et rerum notis quasi ducibus, utebantur ad probandum, et ad concludendum id, quod explanari volebant: in quo tra-

tradebatur omnis dialecticae disciplina, id est, orationis ratione conclusae. Huic, quasi ex altera parte, oratoria vis dicendi adhibebatur, explicatrix orationis perpetuae ad persuadendum accommodatae. Haec erant illa prima a Platone tradita.

Finem esse bonorum, honeste vivere, fruentem rebus iis, quas primas homini natura conciliet, et vetus Academia censuit (ut indicant scripta Polemonis) et Aristoteles. Ac. 2, 42.

Veteres Academici et Peripatetici finem bonorum dixerunt, secundum naturam vivere, id est, virtute adhibita, frui primis a natura datis. In quibus numerant incolumitatem conservationemque omnium partium, valitudinem, sensus integros, doloris vacuitatem, vires, pulcritudinem, ceteraque generis ejusdem: quorum similia sunt prima in animis, quasi virtutum igniculi, et semina. Fin. 2, 11. ib. 5, 7.

Quando ista fuerunt ab Academia vetere decreta, ut animum sapientis commoveri et conturbari negarent? Mediocritates illi probabant, et in omni permotione naturalem volebant esse quendam modum. Atque illi quidem etiam utiliter a natura dicebant permotiones istas animis nostris datas: metum, cavendi causa; misericordiam aegritudinemque, clementiae: ipsam iracundiam, fortitudinis quasi cotem esse dicebant. Ac. 2, 44.

In vetere Academia non ii solum numerantur, qui Academici vocantur, Speusippus, Xenocrates, Polemo, Crantor, ceterique, sed etiam Peripatetici veteres, quorum princeps Aristoteles, quem excepto Platone, haud scio an recte dixerim principem philosophorum. Nam Speusippus, Platonis sororis filius, et Xenocrates, qui Platonem audierat, et qui Xenocratem Polemo et Crantor, nihil ab Aristotele, qui una audierat Platonem, magnopere dissensit; copia fortasse et varietate dicendi pares non fuerunt. Fin. 4, 3. Or. 3, 18.

 SPEU-

Ac. 1, 9. SPEUSIPPUS et XENOCRATES, qui primi Platonis rationem auctoritatemque susceperant; et post hos Polemo, et Crates unaque Crantor, in Academia congregati, diligenter ea, quae a superioribus acceperant, tuebantur.

Nat. d. 1, 13. SPEUSIPPUS Platonem avunculum subsequens, et vim quandam dicens, qua omnia regantur, eamque animalem, evellere ex animis conatur cognitionem deorum. (*loquitur Vellejus Epicureus.*)

Diog. L. l. 4. f. 1. sqq. *Διεδεξατο τον Πλατωνα Σπευσιππος Αθηναιος, ὁς ην υἱος της αδελφης αυτου Πωτωνης· και εσχολαρχησεν ετη οκτω, και εμεινε επι των αυτων Πλατωνι δογματων. Ου μην το γε ηθος διεμεινε τοιουτος. Και γαρ οργιλος και ἡδονων ἡττων ην,—ηδη δε ὑπο παραλυσεως και το σωμα διεφθαρτο· και προς Ξενοκρατη διεπεμπετο, παρακαλων αυτον ελθειν, και την σχολην διαδεξασθαι.— και τελος ὑπο αθυμιας ἑκων τον βιον μετηλλαξεν.*

Diog. L. l. 4. f. 6. *ΞΕΝΟΚΡΑΤΗΣ Χαλκηδονιος εκ νεου Πλατωνος ηκουσεν. — ην δε την φυσιν νωθρος· ὡςε φασι λεγειν τον Πλατωνα, συγκρινοντα αυτον Αριςοτελει· Τῳ μεν μυωπος δει, τῳ δε χαλινου. σεμνος δε τα τε αλλα Ξενοκρατης και σκυθρωπος αει, ὡςε αυτῳ λεγειν συνεχες τον Πλατωνα· Ξενοκρατες, θυε ταις Χαρισι.*

Off. 1, 30. Audivi nullam comitatem sermonis habuisse Xenocratem, severissimum philosophorum, ob eamque rem ipsam magnum clarumque fuisse.

Epist. ad Att. 1, 16. Or. p. Balbo. Jurare Athenienses Xenocratem, testimonium dicentem, prohibuerunt. — Quum enim Xenocrates, qui sancte graviterque vixisset, testimonium publice dixisset, et (ut mos Graecorum est) jurandi causa ad aras accederet, una voce, ne is juraret, reclamarunt.

Xeno-

Xenocrates, quum legati ab Alexandro quinquaginta ei talenta attulissent, quae erat pecunia temporibus illis, Athenis praesertim, maxima: abduxit legatos ad coenam in Academiam; iis apposuit tantum, quod satis esset, nullo apparatu. Quum postridie rogarent eum, cui numerari juberet: Quid? Vos hesterna, inquit, coenula non intellexistis, me pecunia non egere? quos quum tristiores vidisset, XXX minas accepit, ne aspernari regis liberalitatem videretur. Tusc. 5, 32.

In Xenocratis libris, qui sunt de natura deorum, nulla species divina describitur. Deos enim octo esse dicit: quinque eos, qui in stellis vagis nominantur; unum, quid ex omnibus sideribus, quae infixa coelo sunt, ex dispersis quasi membris simplex sit putandus deus; septimum, Solem adjungit; octavamque, Lunam; qui quo sensu beati esse possint, intelligi non potest. (*loquitur Vellejus Epicureus, Sed vid. Brucker. T. I. p. 739.*) Nat. d. 1, 13.

Xenocrates animi figuram et quasi corpus negavit esse, verum numerum dixit esse, cujus vis, ut jam antea Pythagorae visum erat, in natura maxima esset. Expertem igitur corporis animum esse dixit. Idem gravissimus philosophus exaggerabat virtutem, extenuabat cetera et abjiciebat. Tusc. 1, 10. Ac. 1, 11. Tusc. 5, 18.

Xenocratis libri sunt de ratione loquendi multi et multum probati. Ac. 2, 46.

Perditae luxuriae Athenis adolescens POLEMO, neque illecebris tantummodo sed etiam ipsa infamia gaudens, quum e convivio non post occasum solis sed post ortum surrexisset, domumque repetens, Xenocratis philosophi patentem januam vidisset; vino gravis, unguentis delibutus, sertis capite redimito, pellucida veste amictus, refertam turba doctorum hominum scholam ejus intravit, Valer. M. l. 6. c. 9.

 nec

nec contentus tam deformi introitu consedit etiam, ut clarissimum eloquium et prudentissima praecepta, temulentiae lasciviis eluderet. Orta deinde, ut par erat, omnium indignatione, Xenocrates vultum in eodem habitu continuit, omissisque de quibus disserebat, de modestia ac temperantia loqui coepit. Cujus gravitate sermonis resipiscere coactus Polemo, primum coronam capite detractam projecit, paullo post brachium intra pallium reduxit, procedente tempore oris convivalis hilaritatem deposuit; ad ultimum totam luxuriam exuit, uniusque orationis saluberrima medicina sanatus, ex infami ganeone maximus philosophus evasit. Peregrinatus est hujus animus in nequitia, non habitavit.

Fin. 4, 6. Planissime Polemo secundum naturam vivere summum bonum esse dixit.

Tusc. 3, 6. Non absurde CRANTOR ille, qui in nostra Academia vel in primis fuit nobilis, Minime, inquit, assentior iis, qui istam nescio quam indolentiam magnopere laudant: quae nec potest ulla esse nec debet. Ne aegrotus sim, inquit; sed si fuerim, sensus adsit, sive secetur quid sive avellatur a corpore: nam istuc nihil dolere non sine magna mercede contingit, immanitatis in animo, stuporis in corpore.

ib. 2, 44. Legimus omnes Crantoris veteris Academici, de luctu. Est enim non magnus, verum aureolus, et ad verbum ediscendus libellus.

2. *Academia nova.*

cujus auctor fuit

ARCESILAS.

Ac. 4, 5. Quum jam philosophorum disciplinae gravissimae constitissent, tum exortus est, ut in optima republica

blica Ti. Gracchus, qui otium perturbaret, sic Arcesilas, qui constitutam philosophiam everteret, et in eorum auctoritate delitesceret, qui negassent quidquam sciri aut percipi posse. (*Ita Lucullus, Academiae recent. adversarius.*)

Arcesilas primum, qui Polemonem audiverat, Or. 3, 18.
ex variis Platonis libris sermonibusque Socratis hoc maxime arripuit, nihil esse certi, quod aut sensibus aut animo percipi possit: quem ferunt eximio quodam usum lepore dicendi aspernatum esse omne animi sensusque judicium, primumque instituisse (quanquam id fuit Socraticum maxime) non quid ipse sentiret, ostendere; sed contra id, quod quisque se sentire dixisset, disputare. Hinc haec recentior Academia emanavit.

Cum Zenone, ut accepimus, Arcesilas sibi omne Ac. 1, 12.
certamen instituit, non pertinacia aut studio vincendi, ut mihi quidem videtur, sed earum rerum obscuritate, quae ad confessionem ignorationis adduxerant Socratem, et jam ante Socratem Democritum, Anaxagoram, Empedoclem, omnes paene veteres, qui nihil cognosci, nihil percipi, nihil sciri posse dixerunt. Itaque et Arcesilas negabat esse quidquam, quod sciri posset, ne illud quidem ipsum, quod Socrates sibi reliquisset (p. 87.). Sic omnia latere censebat in occulto: neque esse quidquam, quod cerni aut intelligi posset: quibus de causis nihil oportere neque profiteri neque affirmare quemquam, neque assensione approbare, cohibereque semper et ab omni lapsu continere temeritatem, quae tum esset insignis, quum aut falsa aut incognita res approbaretur: neque hoc quidquam esse turpius, quam cognitioni et perceptioni assensionem approbationemque praecurrere. Huic rationi quod erat consentaneum, faciebat, ut contra omnium sententias dicens jam plerosque deduceret: ut, quum

in eadem re paria contrariis in partibus momenta rationum invenirentur, facilius ab utraque parte assensio sustineretur. Hanc Academiam novam appellant, quae usque ad Carneadem perducta, qui quartus ab Arcesila fuit, in eadem Arcesilae ratione permansit.

Ac. 2, 24. Arcesilam non obtrectandi causa cum Zenone pugnavisse, sed verum invenire voluisse, sic intelligitur Nemo, inquam, superiorum, non modo expresserat (¹), sed ne dixerat quidem, posse hominem nihil opinari: nec solum posse, sed ita necesse esse sapienti. Visa est Arcesilae quum vera sententia tum honesta et digna sapiente. Quaesivit de Zenone fortasse, quid futurum esset, si nec percipere (²) quidquam posset sapiens, nec opinari sapientis esset. Ille, credo: Nihil opinatur; quoniam esset, quod percipi posset. Quid ergo id esset? Visum (³), credo. Quale igitur visum? tum illum ita definivisse: ex eo, quod esset, sicut esset, impressum et signatum et effictum. Post requisitum, etiamne si ejusdem modi esset visum verum, quale vel falsum? Hic Zenonem vidisse acute, nullum esse visum, quod percipi posset, si id tale esset ab eo, quod est, ut ejusdem modi ab eo, quod non est, posset esse. Recte consensit Arcesilas; ad definitionem additum (⁴): Neque enim falsum percipi posse, neque verum, si esset

(1) Expresserat i. e. accuratius disputaverat.

(2) *Percipere* idem quod Graecorum *καταλαμβάνειν* de iis rebus dicitur, quarum nobis certa cognitio est, cui sine errando periculo assentiri queamus. Academici docebant *ἀκαταληψίαν* i. e. nihil comprehendi vel percipi posse.

(3) *Visum*, idem quod Graecis *φαντασία*, species alicujus rei animo impressa eique extrinsecus a sensibus oblata.

(4) Zeno enim *visum* quod percipi posset, ita definivit: „impressum effictumque ex eo, unde esset, quale esse non posset ex eo, unde non esset.“ Ita Cicero Ac. 2, 6. — Secundum Sext. Emp. (Pyrrh. H. l. 2. s. 4.) Stoicorum

ſet tale, quale vel falſum. Incubuit autem in eas diſputationes, ut doceret, nullum tale eſſe viſum a vero, ut non ejusdemmodi etiam a falſo poſſet eſſe. — Ex his illa neceſſario nata eſt εποχη, id eſt aſſenſionis retentio. Falſa *enim* omnia dixit, quae ſenſibus viderentur. Sapientis autem hanc cenſet Arceſilas vim eſſe maximam, Zenoni aſſentiens, cavere ne capiatur: ne fallatur, videre. Si vero ulli rei ſapiens aſſentietur unquam, aliquando etiam opinabitur. Nunquam autem opinabitur: nulli igitur rei aſſentietur. Hanc concluſionem Arceſilas probabat; confirmabat enim et primum et ſecundum. Ac. 2, 18. Nat. d. 1, 25. Ac. 2, 20.

Arceſilas quum arderet podagrae doloribus, viſitaſſetque hominem Carneades (5), Epicuri perfamiliaris, et triſtis exiret: Mane quaeſo, inquit, Carneade noſter; nihil illinc huc pervenit (oſtendit pedes et pectus). Fin. 5, 31.

Socratis diſputandi mos quum a poſterioribus non eſſet retentus, Arceſilas eum revocavit, inſtituitque, ut ii, qui ſe audire vellent, non de ſe quaererent, ſed ipſi dicerent, quid ſentirent; quod quum dixiſſent, ille contra; ſed qui audiebant, quoad poterant, defendebant ſententiam ſuam. ib. 2, 1.

Ὁ Αρκεσιλαος, της μεσης Ακαδημιας (6) προςατης και αρχηγος, πανυ μοι δοκει τοις Πυρρωνειοις κοινω- Sext. E. P. H. l. ſ. 232.

corum φαντασια καταληπτικη εςι απο ὑπαρχοντος κατ' αυτο το ὑπαρχον εναπομεμαγμενη και εναπεσφραγισμενη, οἱα ουκ αν γενοιτο απο μη ὑπαρχοντος.

(5) Temporum ratio obſtat, quominus hic Carneades idem ſit, qui poſtea ipſe in Academia inclaruit. Is enim, ut paullo ante legimus, *quartus* ab Arceſila fuit, nec Epicuri diu ante mortui familiaris eſſe potuit. Daviſius conj *Corniades*, cujus apud Plutarchum contra Epicurum T. 2. p. 1089 mentio eſt.

(6) Tres plerumque numerantur Academiae, vetus, media, nova. Immo quartam et quintam adjiciunt nonnulli. Qua de re Sextus Emp. (Pyrrh. H. l. 1. ſ. 220.) Aκα-

κοινωνειν λογοις, ὡς μιαν ειναι σχεδον την κατ᾽ αυτον αγωγην και την ἡμετεραν. ουτε γαρ περι ὑπαρξεως η ανυπαρξιας τινος αποφαινομενος ευρισκεται, αλλα περι παντων επεχει. — Ει δε δει και τοις περι αυτου λεγομενοις πιςευειν, φασιν, ὁτι κατα μεν το προχειρον, Πυρρωνειος εφαινετο ειναι, κατα δε την αληθειαν, δογματικος ην. Και επει των ἑταιρων αποπειραν ελαμβανε δια της απορηματικης, ει αφυως εχουσι προς την αναληψιν των Πλατωνικων δογματων, δοξαι αυτον απορητικον ειναι· τοις μεν τοιγε ευφυεσι των ἑταιρων, τα Πλατωνος παρεγχειρειν· ενθεν και τον Αριςωνα (Zenonis Stoici diſcipulum) ειπειν περι αυτου· „Προσθε Πλατων, οπιθεν Πυρρων, μεσσος Διοδωρος (7).“ δια το προσχρησθαι τη διαλεκτικη τη κατα τον Διοδωρον· ειναι δε αντικρυς Πλατωνικον.

Diog. L. L. 4. ſ. 31. Αρκεσιλαος απεδεχετο παντων μαλλον Ὁμηρον, ὁ και εις ὑπνον ιων παντως τι ανεγινωσκεν· αλλα και ορθρου, λεγων επι τον ερωμενον απιεναι, ὁποτ᾽ αν βουλοιτο αναγνωναι.

Αρκε-

Ακαδημιαι δε γεγονασι, ὡς φασι, πλειους μεν ἡ τρεις. και μια μεν και αρχαιοτατη ἡ των περι Πλατωνα· δευτερα δε και μεση ἡ των περι Αρκεσιλαον, τον ακουςην Πολεμωνος· τριτη δε και νεα ἡ των περι Καρνεαδην και Κλειτομαχον· ενιοι δε και τεταρτην προστιθεασι των περι Φιλωνα και Χαρμιδαν· τινες δε και πεμπτην καταλεγουσι την των περι τον Αντιοχον. Cicero tamen nonniſi duas numerat, veterem a Platone, novam ab Arceſila conditam. Et recte quidem; quoniam Carneades non adeo diſceſſit ab Arceſilae diſciplina, ut novam plane Academiam condidiſſe dici poſſit. Quare et nos Ciceronem maluimus ſequi. Notandum praeterea, Ciceronem, ubi de Academia ſimpliciter loquitur, plerumque de nova illa per Arceſilam inchoata, perque Carneadem aliquantum emendata loqui.

(7) Parodia verſus Homerici de Chimaera. Il. Z. 183. Προσθε λεων, οπιθεν δε δρακων, μεσση δε χιμαιρα.

Ἀρκεσιλαος νοσουντος Ἀπελλου του Χιου την πενιαν καταμαθων, επανηλθε μεν αυθις, εχων εικοσι δραχμας, και καθισας πλησιον, Ενταυθα μεν, ειπεν, ουδεν η τα Εμπεδοκλεους ςοιχεια ταυτι· „Πυρ και Ὑδωρ και Γαια και Αιθερος ηπιον ὑψος.“ Ἀλλ᾽ ουδε κατακεισαι συ δεξιως· ἁμα δε διακινων το προσκεφαλαιον αυτου, λαθων ὑπεβαλε το κερματιον· ὡς ουν ἡ διακονουσα πρεσβυτις εὑρε, και θαυμασασα τῳ Απελλῃ προσηγγειλε, γελασας εκεινος, Αρκεσιλαου, ειπε τουτι το κλεμμα. Putarch. de discr. am. et ad.

Arcesilae primo non admodum probata ratio, quanquam floruit quum acumine ingenii tum admirabili quodam lepore dicendi, proxime a LACYDE solo retenta est: post autem confecta a CARNEADE, qui est quartus ab Arcesila. Audivit enim Egesinum, qui Evandrum audierat, Lacydis discipulum, quum Arcesilae Lacydes fuisset. Sed ipse Carneades diu tenuit. Nam nonaginta vixit annos. Ac. 2, 6.

In recentiori Academia exstitit divina quadam celeritate ingenii dicendique copia Carneades, qui a Diogene Stoico dialecticam didicit. Or. 3, 18. Ac. 2, 30.

Pergratum Athenienses multis principibus civitatis fecerunt, quod, quum ad senatum legatos (8) de Or. 2, 37.

(8) Occasionem hujus legationis sibi ignotam esse ipse fatetur Cicero ad Att. l. 12. ep. 23. „Quibus consulibus Carneades et ea legatio Romam venerit, scriptum est in tuo annali; haec nunc quaero, quae causa fuerit? de Oropo (*Boeotiae urbe*) opinor: sed certum nescio: et si ita est, quae controversiae?“ — Sed Macrobius (Saturn. L. 1, c. 5) ita scribit: „Tres philosophos Athenienses quondam ad senatum legaverunt, impetratum, uti mulctam remitteret, quam civitati eorum fecerat propter Oropi vastationem. Ea mulcta fuerat talentum fere quingentum. Erant isti philosophi Carneades ex Academia, Diogenes Stoicus, Critolaus

de suis maximis rebus mitterent, tres illius aetatis nobilissimos philosophos misissent, Carneadem et Critolaum *(Peripateticum)* et Diogenem *(Stoicum)*. Hi, dum Romae essent, a multis frequenter auditi

Ac. 2, 45. sunt. — Quum Carneades et Stoicus Diogenes ad senatum in capitolio starent, A. Albinus, qui tum, P. Scipione et M. Marcello Coss., praetor erat, jocans dixit Carneadi: Ego tibi, Carneade, praetor esse non videor, quia sapiens non sum: nec haec urbs, nec in ea civitas. Tum ille: Huic Stoico non

Tusc. 4, 3. videris. — Laelio et Scipione adolescentibus, Stoicum Diogenem et Academicum Carneadem video ad senatum ab Atheniensibus missos esse legatos, qui, quum reipublicae nullam unquam partem attigissent, essetque eorum alter *(sc. Carn.)* Cyrenaeus, alter Babylonius, nunquam profecto scholis essent excitati, neque ad illud munus electi, nisi in quibusdam principibus *Romanis* temporibus illis fuissent studia doctrinae.

Ac. 1, 12. Carneades nullius philosophiae partis ignarus, et, ut cognovi ex iis, qui illum audierant, maximeque ex Epicureo Zenone, qui, quum ab eo plurimum dissentiret, unum tamen praeter ceteros mi-

Fin. 3, 12. rabatur, incredibili quadam fuit facultate, et egregia quadam exercitatione in dialecticis summaque elo-

Or. 2, 38. quentia. — Illius vis incredibilis illa dicendi et varietas perquam esset optanda nobis: qui nullam unquam in illis suis disputationibus rem defendit, quam non probarit, nullam oppugnavit, quam non ever-

laus Peripateticus: quos ferunt seorsim quemque ostentandi gratia per celeberrima urbis loca magno conventu hominum dissertavisse. Fuit, ut relatum est, facundia Carneades violenta et rapida, scita et tereti Critolaus, modesta Diogenes et sobria, sed in senatum introducti interprete usi sunt C. Aquilio senatore." —

everterit. *Sed* concertationis studio modo ait hoc, modo illud. Et saepe optimas caussas ingenii calumnia ludificari solebat. Div. 1, 30. Fragm. p. 1074.

Carneades, quum legatus ab Atheniensibus Romam missus esset, disputavit de justitia copiose, audiente Galba et Catone Censorio, maximis tunc oratoribus. Sed idem disputationem suam postridie contraria disputatione subvertit, et justitiam, quam pridie laudaverat, sustulit, non quidem philosophi gravitate, cujus firma et stabilis debet esse sententia, sed quasi oratorio exercitii genere in utramque partem disserendi. Quod ille facere solebat, ut alios quodlibet asserentes posset refutare. — *Quare* Cato Censorius, in illa nobili trium sapientiae procerum ab Athenis legatione, audito Carneade, quamprimum legatos eos censuit dimittendos, quoniam illo viro argumentante, quid veri esset, haud facile discerni posset. Lactant. 5, 14. Plin. 7, 30.

Credo Clitomacho (*Carneadis discipulo*) ita scribenti, Herculis quendam laborem exantlatum a Carneade, quod, ut feram et immanem belluam, sic ex animis nostris assensionem, id est, opinationem et temeritatem extraxisset. *Hinc* Antipatro *Stoico*, quum diceret, ei, qui affirmaret nihil posse percipi, consentaneum esse, unum tamen illud dicere percipi posse, ut alia non possent, Carneades acutius resistebat: nam tantum abesse dicebat, ut id consentaneum esset, ut maxime etiam repugnaret: qui enim negaret, quicquam esse, quod perciperetur, eum nihil excipere: ita necesse esse, ne id ipsum quidem, quod exceptum non esset, comprehendi et percipi ullo modo posse. — *Attamen* in ἐποχῇ i. e. assensionis retentione melius sibi constitit Arcesilas Si vera sunt, quae de Carneade nonnulli existimant. si enim percipi nihil potest, quod utrique visum est, tollendus assensus est. Carneadem autem dicunt Ac. 2, 34. ib. 2, 9. ib. 18.

soli-

solitum eo delabi interdum, ut diceret, opinaturum, id est, peccaturum esse sapientem. Licere enim ni-
Ac. 2, 24. hil percipere et tamen opinari. *Sed* equidem Clitomacho plus quam Philoni aut Metrodoro (9) credens, hoc magis ab eo disputatum quam probatum
ib. 21. puto. Nonnunquam *enim* illud dabat, assentiri aliquando sapientem; ita sequebatur etiam opinari.

ib. 31. Duo placet esse Carneadi genera visorum: in uno hanc divisionem, Alia visa esse, quae percipi possint, alia quae non possint: in altero autem, Alia visa esse probabilia, alia non probabilia. Itaque quae contra sensus contraque perspicuitatem dicantur, ea pertinere ad superiorem divisionem: contra posteriorem nihil dici oportere. Quare ita placere, tale visum nullum esse, ut perceptio consequeretur: ut autem probatio, multa. Etenim contra naturam esse, si probabile nihil esset, et sequi omnis vitae eversionem. Haec sunt sumta de primo Clitoma-
ib. 45. chi libro de sustinendis assensionibus. *Idem tamen* Clitomachus affirmabat, nunquam se intelligere potuisse, quid Carneadi probaretur.

Div. 1, 4. A Carneade multa acute et copiose contra Stoi-
Nat. d. 3, 12. cos disputata sunt. — Illa, quae Carneades afferebat, quemadmodum dissolvitis, *vos Stoici?* (10) Si nullum corpus immortale sit, nullum esse corpus sempiternum. Corpus autem immortale nullum esse, ne individuum quidem, nec quod dirimi distrahive non possit. Cumque omne animal patibilem naturam habeat, nullum est eorum, quod effugiat accipiendi aliquid extrinsecus, id est, quasi ferendi et patiendi necessitatem. Et si omne animal secari ac dividi potest, nullum est eorum individuum

(9) Philo Clitomachi, Metrodorus ipsius Carneadis discipulus erat.

(10) Qui docetis mundum esse animal atque Deum.

duum, nullum aeternum: atqui omne animal ad accipiendam vim et ferendam paratum est: mortale igitur omne animal et dissolubile et dividuum sit necesse est. — *Porro* si vos (*Stoicos*) sequar, dic, quid ei respondeam, qui me sic roget: Si dii sunt, suntne etiam Nymphae deae? si Nymphae, Panisci etiam et Satyri? Hi autem non sunt; ne Nymphae quidem deae igitur. At earum templa sunt publice vota et dedicata. Quid igitur? ne ceteri quidem ergo dii, quorum templa sunt dedicata. Age porro, Jovem, et Neptunum deum numeras. Ergo etiam Orcus (11), frater eorum, deus, et illi, qui fluere apud inferos dicuntur, Acheron, Cocytus, Pyriphlegethon; tum Charon, tum Cerberus, dii putandi. At id quidem repudiandum. Ne Orcus quidem deus igitur. Quid dicitis ergo de fratribus? Haec Carneades ajebat, non ut deos tolleret (quid enim philosopho minus conveniens?); sed ut Stoicos nihil de diis explicare convinceret. Itaque insequebatur. Quid enim? ajebat, si ii fratres sunt in numero deorum, num de patre eorum Saturno negari potest? quem vulgo maxime colunt ad Occidentem. Qui si est deus, patrem quoque ejus, Coelum, esse deum confitendum est. Quod si ita est, Coeli quoque parentes dii habendi sunt, Aether et Dies, eorumque fratres et sorores, qui a genealogis antiquis sic nominantur (12): Amor, Dolor, Metus, Labor, Invidentia, Fatum, Senectus, Mors, Tenebrae, Miseria, Querela, Gratia, Fraus, Pertinacia, Parcae, Hesperides, Somnia: quos omnes Erebo et Nocte natos ferunt. Aut igitur haec monstra probanda sunt, aut prima illa tollenda. (*Continua-*

Nat. d. 3, 17.

(11) *Pluto* saepius vocatur Orcus. vid. Davis.

(12) Conf. Hesiodi Theog. v. 211 sqq. et Hygini Praefatio.

nuatur haec Carneadea argumentandi ratio usque ad c. 21.) (13).

Fat. 14. Carneades *Stoicorum de fato doctrinam* non probabat. Ejus erat haec conclusio: Si omnia antecedentibus causis fiunt, omnia naturali colligatione conserte contexteque fiunt. Quod si ita est, omnia necessitas efficit. Id si verum est, nihil est in nostra potestate. At, si omnia fato fiunt, omnia causis antecedentibus fiunt. Non igitur fato fiunt, quaecunque fiunt. Hoc arctius adstringi ratio non potest. Nam si quis velit idem referre atque ita dicere: Si omne futurum ex aeternitate verum est, ut ita certe eveniat, quemadmodum sit futurum, omnia necesse est colligatione naturali conserte contexteque fieri: nihil dicat. Multum enim differt, utrum causa naturalis ex aeternitate, futura vera efficiat, an etiam sine aeternitate naturali, futura quae sint, ea vera esse possint intelligi. Itaque dicebat Carneades, ne Apollinem quidem futura posse dicere, nisi ea, quorum causas natura ita contineret, ut ea fieri necesse esset. Ita ne praeterita quidem ea, quorum nulla signa, tanquam vestigia, exstarent, Apollini nota esse censebat: quo minus futura. Causis enim, effi-

(13) Pressius hanc Carneadis argumentationem describit Sextus Emp. (adv. Math. l. 9. s. 182.) *Ηρωτηνται περι του Καρνεαδου και σωριτικως τινες λογοι, οὓς ὁ γνωριμος αυτου Κλειτομαχος ανεγραψεν, εχοντας τον τροπον τουτον. Ει ὁ Ζευς θεος εςι, και ὁ Ποσειδων, αδελφος ων τουτου, θεος γενησεται. ει δε ὁ Ποσειδων θεος εςι, και ὁ Αχελωος εςαι θεος· ει δε ὁ Αχελωος, και ὁ Νειλος· ει ὁ Νειλος, και πας ποταμος· ει πας ποταμος, και οἱ ρυακες αν ειεν θεοι· ει δε ρυακες, και αἱ χαραδραι. ουχι δε οἱ ρυακες· ουδε ὁ Ζευς αρα θεος εςιν. ει δε γε ησαν θεοι, και ὁ Ζευς αν θεος ην. ουκ αρα θεοι εισι. — Ει ἡ Δημητηρ θεος εςι, και ἡ Γη θεος εςιν (ἡ γαρ Δημητηρ, φασιν, ουκ αλλο τι εςι η Γη μητηρ). ει δε ἡ Γη θεος εςι, και τα ορη και αἱ ακρωτηριαι, και πας λιθος εςαι θεος. ουχι δε γε τουτο· τοινυν ουδε το εξ αρχης.*

efficientibus quamque rem, cognitis posse denique sciri, quid futurum esset. Ergo nec de Oedipode potuisse Apollinem praedicere, nullis in rerum natura causis praepositis, cur ab eo patrem interfici necesse esset: nec quidquam hujusmodi.

Divinationem esse nego. Etenim me movet Div. 2, 3. illud, quod in primis Carneades quaerere solebat, quarumnam rerum divinatio esset: earumne, quae sensibus perciperentur? At eas quidem cernimus, audimus, gustamus, olfacimus, tangimus. Num quid ergo in his rebus est, quod provisione aut permotione mentis magis quam natura ipsa sentiamus? aut num nescio qui ille divinus, si oculis captus sit, ut Tiresias fuit, possit quae alba sint, quae nigra, dicere? Ad nullam igitur earum rerum, quae sensu accipiuntur, divinatio adhibetur. Etenim ad aegros non vates, aut hariolos, sed medicos solemus adducere. Nec vero qui fidibus aut tibiis uti volunt, ab haruspicibus accipiunt earum tractationem, sed a musicis. Eadem in litteris ratio est reliquisque rebus, quarum est disciplina.

Nihil bonum esse, nisi naturae primis bonis Fin. 5, 30. aut omnibus aut maximis frui, Carneades contra Stoicos disserebat.

Carneadi frui principiis naturalibus, vel his Fin. 2, 11 et 13. rebus, quas primas natura conciliavisset, erat extremum bonorum. Quod summum bonum is non Ac. 2, 45. tam, ut probaret, pretulit, quam ut Stoicis, quibuscum bellum gerebat, opponeret, ejusque etiam Fin. 5, 7. non auctor sed defensor, disserendi causa, fuit. *Eundem* disputare solitum accepimus, quaecunque dis- Tusc. 5, 29. sentientium philosophorum sententia sit de finibus, tamen virtutem satis habere ad vitam beatam praesidii: sed is, ut contra Stoicos, quos studiosissime semper refellebat, et contra quorum disciplinam ingenium ejus exarserat.

 Si

Fin. 2, 18. Si ſcieris, inquit Carneades, aſpidem occulte latere uſpiam et velle aliquem imprudentem ſuper eam aſſidere, cujus mors tibi emolumentum factura ſit: improbe feceris niſi monueris, ne aſſideat: ſed impune tamen: ſciſſe enim te quis coarguere poſſit?

De Academia recentiori in genere.

Div. 2, 72. Proprium eſt Academiae judicium ſuum nullum interponere: ea probare, quae ſimillima veri videantur; conferre cauſas, et quid in quamque ſententiam dici poſſit, expromere. — Cum Academicis igitur incerta luctatio eſt, qui nihil affirmant, et quaſi deſperata cognitione certi, id ſequi volunt, quodcunque veriſimile videatur. O Academiam volaticam, modo huc, modo illuc. Fin. 2, 14. Att. 13, 25.

Fin. 3, 9. Quidam Academici conſtituiſſe dicuntur, extremum bonorum et ſummum munus eſſe ſapientis, obſiſtere viſis, aſſenſusque ſuos firme ſuſtinere.

Ac. 2, 10. *Lucullus contra Academiam recentiorem ita diſſerit:* Non ſatis conſtituere poſſum, quod ſit Academicorum conſilium, aut quid velint. Interdum enim, quum adhibemus ad eos orationem hujusmodi: Si ea, quae diſputentur, vera non ſint, tum omnia fore incerta; reſpondent: Quid ergo iſtud ad nos? num noſtra culpa eſt? naturam accuſa, quae in profundo veritatem, ut ait Democritus, penitus abſtruſit. Alii autem elegantius, qui etiam queruntur, quod eos inſimulemus omnia incerta dicere, quantumque interſit inter incertum et id, quod percipi non poſſit, docere conantur, eaque diſtinguere. Cum his igitur agamus, qui diſtinguunt: illos, qui omnia ſic incerta dicunt, ut, ſtellarum numerus par an impar ſit, quaſi deſperatos aliquos relin-

relinquamus (14). Volunt enim probabile aliquid esse, eaque se uti regula et in agenda vita et in quaerendo ac disserendo. Dicunt hoc se unum tollere, ut quidquam possit ita videri, ut non eodem modo falsum etiam possit videri; posse *igitur* accidere sapienti, ut, quum omnia fecerit diligentissimeque circumspexerit, exsistat aliquid, quod et verisimile videatur, et absit longissime a vero. — Composita eorum conclusio sic est: Eorum, quae videntur, alia vera sunt, alia falsa: et quod falsum est, id percipi non potest: quod autem verum visum est, id omne tale est, ut ejusdemmodi falsum etiam possit videri. Et quae visa sunt ejusmodi, ut in iis nihil intersit, non posse accidere, ut eorum alia percipi possint, alia non possint. Nullum igitur est visum, quod percipi possit. — *Sic* in singulis rebus volunt efficere, his omnibus, quae visa sint, veris adjuncta esse falsa, quae a veris nihil differant: ea quum talia sint, nihil posse comprehendi. — Primum conantur ostendere, multa posse videri esse, quae omnino nulla sint, quum animi inaniter moveantur eodem modo rebus iis, quae nullae sint, ut iis, quae sint. — Deinde quum mens moveatur ipsa per sese, ut et ea declarant, quae cogitatione depin-

Ac. 2, 11.

ib. c. 13.

ib. c. 15.

N 3 gimus

(14) Hic locus ad discrimen spectat, quod inter Arcesilam atque Carneadem intercedebat. Arcesilas omnem veritatem tollebat, omnemque assensum. Carneades primum probabilitatem relinquebat, et deinde, quanquam omnia esse *ακαταληπτα* cum Arcesila doceret, negavit tamen, quod affirmaverat Arcesilas, omnia esse *αδηλα*, quod Cicero reddit *incerta*, quum debuisset potius *obscura*. Hoc ipsum utriusque philosophi discrimen constituit Numenius apud Eusebium (Praep. Ev. XIV, 7) *Καρνεαδης μονῳ εν τῳ περι της εποχης λογῳ προς Αρκεσιλαν διεστη, φας αδυνατον ειναι, ανθρωπον οντα, περι ἁπαντων επεχειν· διαφοραν δε ειναι αδηλου, και ακαταληπτου, καὶ πάντα μὲν εἶναι ακαταληπτα, ου παντα δε αδηλα.*

gimus, et ea, quae vel furiosis vel dormientibus videntur; nonne, inquiunt, verisimile sit, sic etiam mentem moveri, ut non modo non internoscat, visa vera illa sint anne falsa, sed ut in his nihil intersit omnino? ut siqui tremerent et exalbescerent vel ipsi per se, motu mentis aliquo, vel objecta terribili re extrinsecus, nihil esset, qui distingueretur tremor ille et pallor, neque quidquam interesset inter inte-
Ac. 2, 18. stinum et oblatum (*extrinsecus*). — Illud vero perabsurdum, quod dicunt probabilia se sequi, si re nulla impediantur. Primum qui possunt non impediri, quum a veris falsa non distent? deinde quod judicium est veri, quum sit commune falsi? — Restat illud, quod dicunt, veri inveniendi causa contra omnia dici oportere et pro omnibus. Volo igitur videre, quid invenierint. Non solemus, inquit, ostendere. Quae sunt tandem ista mysteria? aut cur celatis, quasi turpe aliquid, sententiam vestram? Ut, qui audient, inquit, ratione potius, quam auctoritate ducantur. Quid si utroque? num pejus est? unum tamen illud non celant, nihil esse, quod percipi possit. An in eo auctoritas nihil obest? mihi quidem videtur vel plurimum. Quis enim ista tam aperte perspicueque et perversa et falsa secutus esset, nisi tanta in Arcesila, multo major etiam in Carneade et copia rerum et dicendi vis fuisset.

Cicero ipse Academiae recentioris assecla Lu-
ib. 23. 25. *cullo respondens, haec inter alia dicit:* Democritus non hoc dicit, quod nos, qui veri esse aliquid non negamus, percipi posse negamus, (quid enim est, quod percipi possit, si ne sensus quidem vera
ib. 31. nuntiant?) ille verum esse plane negat — Sensibus probanda multa sunt: teneatur modo illud, non inesse in his quidquam tale, quale non etiam falsum, nihil ab eo differens, esse possit. Sic, quidquid acci-

ciderit specie probabile; si nihil se offeret, quod sit probabilitati illi contrarium, utetur eo sapiens: ac sic omnis ratio vitae gubernabitur. — Nos verum Ac. 2, 35.
non omnino tollimus. Nam tam vera quam falsa cernimus; percipiendi signum nullum habemus. — Modo hoc, modo illud probabilius videtur. Latent c. 39.
omnia crassis occultata et circumfusa tenebris, ut nulla acies humani ingenii tanta sit, quae penetrare possit. — Non *tamen* sumus ii, quibus nihil verum Nat. d. 1. 5.
esse videatur: sed ii, qui omnibus veris falsa quaedam adjuncta esse dicamus, tanta similitudine, ut in iis nulla insit certa judicandi et assentiendi nota.

Mos fuit Academicis occultandi sententiam Fragm. ed. Ern. 1104.
suam, nec eam cuiquam, nisi qui secum ad senectutum usque vixisset, aperiendi. — Haec in philoso- Nat. d. 1, 5.
phia ratio, contra omnia disserendi, nullamque rem aperte dijudicandi profecta a Socrate, repetita ab Arcesila, confirmata a Carneade ad nostram viguit aetatem; quam nunc propemodum orbam esse in ipsa Graecia intelligo, quod non Academiae vitio, sed tarditate hominum arbitror contigisse. Nam si singulas disciplinas percipere magnum est: quanto majus omnes? quod facere iis necesse est, quibus propositum est, veri reperiendi causa et contra omnes philosophos et pro omnibus dicere.

Qui Carneadem audierant, admodum floruerunt: e quibus industriae plurimum in Clitomacho fuit: declarat multitudo librorum (¹): ingenii Ac. 2, 6.
non minus in hoc quam in Charmida eloquentiae, in Melanthio Rhodio suavitatis. Bene autem nosse Carneadem Stratoniceus Metrodorus (²) putabatur.

 Cli-

(1) ὑπερ τα τετρακοσια βιβλια συνεγραψε. Diog. Laert. IV. f. 67.

(2) Metrodorus hic, Epicureus quum antea fuisset, ad Carneadem transiit, hujus incomparabili bonitate victus.

Ac. 2, 31. CLITOMACHUS usque ad senectutem cum Carneade fuit, homo et acutus, ut Poenus (3), et valde studiosus ac diligens, et quatuor ejus libri sunt de Tusc. 3, 22. sustinendis assensionibus. — Legimus *etiam* librum, quem ille eversa Karthagine misit consolandi causa ad captivos cives suos. In eo est disputatio scripta Carneadis; quam se ait in commentarium retulisse. Quum ita positum esset, videri fore in aegritudine sapientem patria capta, quae Carneades contra dixerit, scripta sunt.

Ac. 2, 32. Explicavi paullo ante (p. 191) Clitomacho auctore, quomodo *de perceptione* Carneades diceret. Accipe, quemadmodum eadem dicantur a Clitomacho, in eo libro, quem ad C. Lucilium scripsit poëtam, quum scripsisset iisdem de rebus ad L. Censorinum, eum, qui Consul cum M'. Manilio fuit. Scripsit igitur his fere verbis. Academicis placere, esse rerum ejusmodi dissimilitudines, ut aliae probabiles videantur, aliae contra: id autem non esse satis, cur alia percipi posse dicas, alia non posse; propterea, quod multa falsa probabilia sint, nihil autem falsi perceptum et cognitum possit esse. Itaque, ait, vehementer errare eos, qui dicant, ab Academia

ctus. Sic enim locum Diogenis L. (X, 19), qui multis crucem fixit, intelligendum esse, probavit Bayle (in Dict. v. Epicure not. D.) Minime ergo hic Metrodorus confundendus est cum altero illo Epicuri familiarissimo, qui Lampsacenus vulgo putatur. Omnino plurimi hujus nominis vixere viri, multique philosophi. Supra (p. 80) Democriti discipulus Metrodorus commemoratus est, et statim alius afferetur Ciceronis locus, ubi Metrodori *Scepsii* mentio fit, qui aeque ac Metr. Stratoniceus fuit Academicus, hujusque, ut ex ipso Cicerone patet, aequalis.

(3) *Κλειτομαχος Καρχηδονιος· οὗτος εκαλειτο μεν Ασδρουβας· ελθων δ' εις Αθηνας, ηδη τετταρακοντα ετη γεγονως, ηκουσε Καρνεαδου.* Diog. L. l. c.

demia sensus eripi, a quibus nunquam dictum sit, aut colorem aut saporem aut sonum nullum esse; illud sit disputatum, non inesse in his propriam, quae nusquam alibi esset, veri et certi notam. Quae quum exposuisset, adjungit, dupliciter dici, assensus sustinere sapientem: uno modo, quum hoc intelligatur, omnino eum rei nulli assentiri; altero, quum se a respondendo, ut aut approbet quid, aut improbet, sustineat, ut neque neget aliquid neque ajat. Id quum ita sit; alterum placere, ut nunquam assentiatur; alterum tenere, ut, sequens probabilitatem, ubicunque haec aut occurrat aut deficiat, aut Etiam aut Non respondere possit: et quum placeat, eum, qui de omnibus rebus contineat se ab assentiendo, moveri tamen et agere aliquid, relinqui ejusmodi visa, quibus ad actionem excitemur: item ea, quae interrogati in utramque partem respondere possimus, sequentes tantummodo quod ita visum sit, dum sine assensu: neque tamen omnia ejusmodi visa approbari, sed ea quae nulla re impedirentur.

Orator Crassus loquitur: Audivi summos homines, quum quaestor ex Macedonia venissem Athenas, florente Academia, ut temporibus illis ferebatur, quod eam CHARMIDAS et Clitomachus et AESCHINES (1) obtinebant. Erat etiam METRODORUS (2), qui cum illis una ipsum Carneadem (3) audierat. — Charmidas non aperiebat sententiam suam (hic enim mos erat patrius Academiae, adversari semper omni- De Or. I, 11. ib. 18.

N 5

(1) Neapolitanus. Diog. L. l. 2. f. 65.

(2) Idem ille Stratoniceus sine dubio, de quo paullo ante diximus.

(3) Vulgo in h. l. aut bis *Carneadem* legunt, aut bis *Charmidam*. Utrumque male. Illud repugnat chronologiae (vid. Jonsius de script. hist. phil. l. 2. c. 14), hoc etiam

omnibus in disputando); sed tamen hoc significabat, eos, qui rhetores nominarentur, et qui dicendi praecepta traderent, nihil plane tenere, neque posse quemquam facultatem assequi dicendi, nisi qui philosophorum inventa didicisset.

de Or. 2, 88. *Orator Antonius dicit:* Vidi ego summos homines et divina prope memoria, Athenis Charmidam, in Asia, quem vivere hodie ajunt, Scepsium METRODORUM (4), quorum uterque tamquam litteris in cera, sic se ajebat imaginibus in iis locis, quos haberet, quae meminisse vellet, perscribere.

Brut. 89. Quum princeps Academiae PHILO cum Atheniensium optimatibus, Mithridatico bello, domo profugisset, Romamque venisset, totum ei me tradidi. Hic Clitomacho operam multos annos dederat. Ac. 2, 6. et Or. 3, 28. Philone autem vivo patrocinium Academiae, in qua maxime vigebat, non defuit. Ac. 1, 4. Magnus hic vir negabat in libris, duas Academias esse, erroremque eorum, qui ita putarunt, coarguit. Tusc. 2, 3. — Idem instituit, alio tempore rhetorum praecepta tradere, alio philosophorum.

Ac. 2, 6. *(Lucullus loquitur)* Philo, dum nova quaedam commovet, quod ea sustinere vix poterat, quae contra Academicorum pertinaciam dicebantur, et aperte mentitur, et, ut docuit Antiochus, in id ipsum se induit *), quod timebat. Quum enim ita negaret

etiam historiae, quae Clitomachum ad tertiam, Charmidam ad quartam Academiam refert. vid. Sext. Emp supra (p. 187. n. 6).

(4) Metrodorum, Scepsi in Troade natum, non minus quam Stratoniceum illum, de quo modo diximus, Academicum fuisse ex Cicerone patet (de Or. 3, 20. ubi rhetor ex Academia vocatur).

*) Veluti in laqueum. Ceterum doctrinam Philonis, ejusque non satis perspicuum dissensum a Carneade optimo

ret quidquam esse, quod comprehendi posset, (id enim volumus esse καταληπτον) si illud esset, sicut Zeno definiret, visum impressum effictumque ex eo unde esset, quale esse non posset ex eo, unde non esset; hoc quum infirmat tollitque Philo, judicium tollit incogniti et cogniti (*id est* κριτηριον αληθειας), ex quo efficitur, nihil posse comprehendi: ita imprudens eo, quo minime vult, revolvitur.

Οἱ περι Φιλωνα φασιν, ὁσον μεν επι τῳ Στωϊκῳ κριτηριῳ, τουτεςι τῃ καταληπτικῃ φαντασιᾳ, ακαταληπτα ειναι τα πραγματα. ὁσον δε επι τῃ φυσει των πραγματων αυτων, καταληπτα. Sext. E. P. H. l. 1. f. 235.

ANTIOCHUS, Philonis auditor, quum e philosophis ingenio scientiaque putaretur excellere, Lucullus eum secum et quaestor habuit, et post aliquot annos, imperator. Ac. 2, 2.

Antiochus, haec ipsa, quae a me defenduntur (nihil posse percipi) et didicit apud Philonem tam diu, ut constaret, diutius didicisse neminem, et scripsit de his rebus acutissime, et idem haec non acrius accusavit in senectute, quam antea defensitaverat. Quamvis igitur fuerit acutus, ut fuit; tamen inconstantia levatur auctoritas. Quisnam enim iste dies illuxerit, quaero, qui illi ostenderit eam, quam multos annos esse negavisset, veri et falsi notam? Excogitavit aliquid? eadem dicit quae Stoici: poenituit eum, illa sensisse. Cur non se transtulit ad alios et maxime ad Stoicos? eorum enim erat propria ista dissensio. Nunquam a Philone discessit, nisi posteaquam ipse coepit, qui se audirent, habere. Unde autem subito VETUS ACADEMIA REVOCATA est? no- ib. 22.

optime exposuit *Petr. Valentia* in Academicis, quem librum in suam Academicorum Ciceronis versionem transtulit *Castillon.*

nominis dignitatem videtur, quum a re ipsa descisceret, retinere voluisse. Quod erant, qui illum gloriae caussa fecisse dicerent: sperasse enim, fore ut
Ac. 2, 43 ii, qui se sequerentur, Antiochii vocarentur. Ipse quidem Antiochus appellabatur Academicus; erat autem, si perpauca mutavisset, germanissimus Stoicus *). Dissentit *tamen* quibusdam in rebus ab iis, quos amat, Stoicis. Placet Stoicis, omnia peccata esse paria; at hoc Antiocho vehementissime displicet. Sed ecce multo major etiam dissensio. Zeno in una virtute positam beatam vitam putat. Quid Antiochus? Etiam, inquit, beatam, sed non beatissimam. Deus ille, qui nihil censuit deesse virtuti: homuncio hic, qui multa putat praeter virtutem homini partim cara esse, partim etiam necessaria, et
ib. 44. praeter honestatem multa bona, praeter turpitudinem multa mala.

ib. 35. Opinari et Peripatetici, et vetus Academia concedit: negat Antiochus: qui me valde movet, vel quod amavi hominem, sicut ille me, vel quod illum judico politissimum et acutissimum omnium nostrae memoriae philosophorum. A quo primum quaero, quo tandem modo sit veteris Academiae, cujus esse se profiteatur? Ut omittam alia: haec duo, de quibus agitur, quis unquam dixit aut veteris Academiae aut Peripateticorum? vel id solum percipi posse, quod esset verum tale, quale falsum esse non posset: vel sapientem nihil opinari? certe nemo. Horum neutrum ante Zenonem magnopere defensum est.

ib. 4. *Lucullus loquitur*: Quum Alexandriae pro quaestore essem, fuit Antiochus mecum, et erat jam antea Alexandriae familiaris Antiochi HERACLITUS Ty-

*) Hinc Sextus Emp. Pyrrh. H. 1. §. 235. scribit: Ὁ Αντιοχος την ςοαν μετηγαγεν εις την Ακαδημιαν.

Tyrius, qui et Clitomachum multos annos, et Philonem audierat, homo ſane in iſta philoſophia, quae nunc prope dimiſſa revocatur, probatus et nobilis: cum quo et Antiochum ſaepe diſputantem audiebam, ſed utrumque leniter. Philonis duo libri tum erant allati Alexandriam, tumque primum in Antiochi manus venerant: et homo natura leniſſimus (nihil enim poterat fieri illo mitius) ſtomachari tamen coepit. Mirabar; neque enim unquam antea videram. At ille Heracliti memoriam implorans, quaerere ex eo, viderenturne illa Philonis, aut ea num vel e Philone, vel ex ullo Academico audiviſſet aliquando? negabat; Philonis tamen ſcriptum agnoſcebat, nec id quidem dubitari poterat. Tum Antiochus ſe non tenuit, quin contra ſuum doctorem librum etiam ederet, qui Soſus inſcribitur. Tum igitur et Heraclitum ſtudioſe audivi contra Antiochum diſſerentem, et item Antiochum contra Academicos.

Antiocho Stoici cum Peripateticis re concinere videntur, verbis diſcrepare. Sed miror Antiochum, hominem in primis acutum, non vidiſſe, intereſſe plurimum inter Stoicos, qui honeſta a commodis non nomine ſed genere toto disjungerent: et Peripateticos, qui honeſta commiſcerent cum commodis, ut ea inter ſe magnitudine et quaſi gradibus, non genere differrent. Haec enim eſt non verborum parva, ſed rerum permagna diſſenſio. *(loq. Stoicus.)* Nat. d. 1, 7.

XII. PERIPATETICI
quorum Auctor fuit
ARISTOTELES.

Peripateticorum princeps Ariſtoteles fuit, quem excepto Platone haud ſcio an recte dixerim principem philoſophorum. Fin. 5, 3.

Ἀριςο-

Suidas. *Αριςοτελης, υἱος Νικομαχου και Φαιςιαδος (ὁ δε Νικομαχος ιατρος ην του των Ασκληπιαδων γενους, απο Νικομαχου του Μαχαονος) εκ Σταγειρων, πολεως της Θρακης, φιλοσοφος, μαθητης Πλατωνος, τραυλος την φωνην. Και αδελφους μεν εσχεν Αριμνηςον και Αριμνηςην· θυγατερα δε απο Πυθιαδος, της θυγατρος Ἑρμειου του ευνουχου* (1). *γαμουμενη δε τρισιν ἡ Αριςοτελους θυγατηρ, τεκνωσασα προετελευτησεν Αριςοτελους του πατρος. εσχε δε και υἱον Νικομαχον εξ Ἑρπυλλιδος παλλακης* (2), *ἣν ηγαγετο μετα Πυθιαδα, παρ' Ἑρμειου του ευνουχου, ὁστις ην αρχων Αταρνεως (χωρα δε αὑτη Τρωαδος) λαβων. ηρξε δε ετη ιγ' της Περιπατητικης κληθεισης φιλοσοφιας, δια το εν περιπατῳ ητοι κηπῳ διδαξαι, αναχωρησαντα της Ακαδημιας, εν ᾗ Πλατων εδιδαξεν. εγεννηθη δε εν τῃ εννενηκοςῃ ενναтῃ Ολυμπιαδι, και απεθανεν ακονιτον πιων εν Χαλκιδι, διοτι εκαλειτο προς ευθυνας, επειδη εγραψε παιανα εις Ἑρμειαν τον ευνουχον* (3). *οἱ δε φασι, νοσῳ αυτον τελευτησαι, βιωσαντα ετη ό.*

Αρι-

(1) In v. *Ἑρμιας* idem Suidas: *Ἑρμιας ὁ ευνουχος Αταρνευς (χωρα δε εςι Μυσιας της προς τῳ Ἑλλησποντῳ, ἧς και ηρχε, βασιλεως του Περσων ὑπηκοος). Οικειως δε διεκειτο προς Αριςοτελην, και την θετην αὑτου θυγατερα εδωκε τῳ φιλοσοφῳ.* Ariſtocles apud Euſeb. (Praep. Ev. 15, 2.) Pythiadem vocat *φυσει μεν αδελφην, θετην δε θυγατερα Ἑρμειου.*

(2) Ariſtocles tamen ap. Euſeb. l. c. ſcribit: *μετα την Πυθιαδος της Ἑρμειου τελευτην, Αριςοτελης εγημεν Ἑρπυλλιδα Σταγειριτιν.*

(3) Hymnus hic in laudem Hermiae, regis Perſarum juſſu occiſi, conſcriptus, qui anſam praebuiſſe dicitur calumniandi Ariſtotelem, quod divino honore proſecutus ſit amicum, exſtat adhuc apud Diogenem L. et Athenaeum, qui tamen carmen hoc pro Scolio potius quam Paeane haberi vult. En illius initium:

Αρετα πολυμοχθε
Γενει βροτειῳ
Θηραμα καλλιςον βιῳ.
Σας περι, παρθενε, μορφας,
Και θανειν ζηλωτος Ἑλλαδι ποτμος.

Αριϛοτελης υἱος μεν ην Νικομαχου, το γενος και την τεχνην αναφεροντος εις Μαχαονα τον Ασκληπιου, μητρος δε Φαιϛιδος, απογονου τινος των εκ Χαλκιδος την αποικιαν αναγαγοντων εις Σταγειρα. — Τελευτησαντος του πατρος, οκτωκαιδεκατον ετος εχων εις Αθηνας ηλθε, και συϛαθεις Πλατωνι χρονον εικοσαετη διετριψε συν αυτῳ· αποθανοντος δε Πλατωνος, απηρε προς Ἑρμειαν, τον Αταρνεως τυραννον, και τριετη χρονον παρ᾽ αυτῳ τριψας, εις Μιτυληνην εχωρισθη· εκειθεν δε προς Φιλιππον ηρχετο, και διετριψε χρονον οκταετη παρ᾽ αυτῳ, καθηγουμενος Αλεξανδρου· μετα δε την Φιλιππου τελευτην αφικομενος εις Αθηνας εσχολαζεν εν Λυκειῳ χρονον ετων δωδεκα· τῳ δε τρισκαιδεκατῳ, μετα την Αλεξανδρου τελευτην, απαρας εις Χαλκιδα νοσῳ τελευτᾳ, τρια προς τοις ἑξηκοντα βιωσας ετη. ταυτα μεν ουν εϛιν, ἁ παραδεδωκασιν ἡμιν οἱ τον βιον του ανδρος αναγραψαντες. — Δημοσθενης εικοϛον και πεμπτον ετος εχων ηρξατο πολιτευεσθαι και δημηγορειν, και λογους εις δικαϛηρια γραφειν· Αριϛοτελης δε κατα τους αυτους χρονους ετι συνην Πλατωνι και διετριψεν ἑως ετων ἑπτα και τριακοντα, ουτε σχολης ἡγουμενος ουτε ιδιαν πεποιηκως αἱρεσιν. Dionys. Halic. de Demosth.

Επικουρος ὁ φιλαληθεϛατος ειπε περι Αριϛοτελους, εν τῃ περι επιτηδευματων επιϛολῃ, ὁτι καταφαγων τα πατρωα επι ϛρατειαν ὡρμησε, και ὁτι εν ταυτῃ κακως πραττων επι το φαρμακοπωλειν ηλθεν· ειτα αναπεπταμενου του Πλατωνος περιπατου, φησι, παραβαλων ἑαυτον προσεκαθισε τοις λογοις, ουκ ων αφυης. οιδα δε, ὁτι ταυτα μονος Επικουρος ειρηκεν κατ᾽ αυτου, ουτε δ᾽ Ευβουλιδης αλλ᾽ ουδε Κηφισοδωρος(4) τοιου- Athenaeus l. 8. p. m. 354.

(4) Isocratis discipulus et ipse rhetor, qui quatuor libros contra Aristotelem, aequalem fere, scripsit, in iisque praeceptorem Isocratem contra Aristotelem defendit.

τοιουτον τι ετολμησεν ειπειν κατα του Σταγειριτου, και τοι και συγγραμματα εκδοντες κατα τ' ανδρος.

Aelian. v. h. 3, 19. *Λεγεται την διαφοραν Αριστοτελους προς Πλατωνα την πρωτην εκ τουτων γενεσθαι. Ουκ ηρεσκετο αυτου τω βιω ὁ Πλατων, ουδε τη κατασκευη τη περι το σωμα. Και γαρ εσθητι εχρητο περιεργω ὁ Αριστοτελης και ὑποδεσει. Και κουραν δε εκειρετο και ταυτην αηθη Πλατωνι. Και δακτυλιους δε πολλους φορων εκαλλυνετο επι τουτω. Και μωκια δε τις ην αυτου περι το προσωπον, και ακαιρος στωμυλια λαλουντος κατηγορει και αὑτη τον τροπον αυτου. Άπερ ουν ὁρων ὁ Πλατων ου προσιετο τον ανδρα.*

Idem l. 4. c. 9. *Ὁ Πλατων τον Αριστοτελη εκαλει πωλον. — Τι δε εβουλετο αυτω το ονομα εκεινο; Δηλονοτι ὡμολογηται, τον πωλον, ὁταν κορεσθη του μητρωου γαλακτος, λακτιζειν την μητερα. ηνιττετο ουν και ὁ Πλατων αχαριστιαν τινα του Αριστοτελους. Και γαρ εκεινος τα μεγιστα εις φιλοσοφιαν παρα Πλατωνος λαβων σπερματα και εφοδια, ειτα ὑποπλησθεις των αριστων, και αφηνιασας αντῳκοδομησεν αυτω διατριβην, και αντιπαρεξηγαγεν εν τω περιπατω ἑταιρους εχων και ὁμιλητας, και εγλιχετο αντιπαλος ειναι Πλατωνι.*

Falsum hoc esse, ait Ammonius in vita Aristotelis: *Ου γαρ ετι ζωντος τού Πλατωνος αντῳκοδομησεν αυτω το Λυκειον ὁ Αριστοτελης, ὡς τινες ὑπολαμβανουσι. Πως γαρ ηδυνατο, μεγα τοτε δυναμενων Χαβριου τε και Τιμοθεου, τῶν Αθηνησι στρατηγων και τω γενει προσηκοντων τω Πλατωνι; πειρωνται γαρ τινες λεγειν τουτο, εκ του εν πολλοις αντιλεγειν τω Πλατωνι αυτον· προς ὑς ρητεον, ὁτι ουχ ἁπλῶς αντιλεγει τω Πλατωνι, αλλα τοις μη νοησασι τα του Πλατωνος.*

De calumniis mature in Aristotelem sparsis rectissime judicat Aristocles (ap. Euseb. Praep. Ev. 15, 2) Φανερον, ὁτι, καθαπερ πολλοις και αλλοις, ὑτω και Αριστοτελει συνεβη, διά τε τας προς τους βασιλεις φιλιας, και δια την εν τοις λογοις ὑπεροχην, ὑπο των

τοτε

τοτε σοφιςων φθονεισθαι. δει δε τους ευφρονουντας μη εις τους διαβαλλοντας αποβλεπεν μονον, αλλα και εις τους επαινουντας και ζηλουντας αυτον. ου μικρῳ γαρ πλειους και βελτιους εὑρεθειεν αν οὑτοι γε. Τα μεν ουν αλλα προδηλως πεπλαςαι. δυο δε ταυτα δοκει πιςευεσθαι, δι' ἁ ψεγουσι τινες αυτον· ἑν μεν, ὁτι την Ἑρμειου γημειε φυσει μεν αδελφην, θετην δε θυγατερα, Πυθιαδα, κολακευων αυτον· ἑτερον δε ὁτι ηχαριςησε Πλατωνι.

Aristoteles quum florere Isocratem nobilitate discipulorum videret, quod ipse suas disputationes a caussis forensibus et civilibus ad inanem sermonis elegantiam transtulisset, mutavit repente totam formam prope disciplinae suae, versumque quendam Philoctetae paullo secus dixit. Ille enim, turpe sibi ait esse tacere, quum barbaros: hic autem, quum Isocratem ([5]) pateretur dicere. Itaque ornavit et illustravit illam doctrinam omnem, veramque cognitionem cum orationis exercitatione conjunxit. Neque vero hoc fugit sapientissimum regem, Philippum, qui hunc Alexandro filio doctorem acciit, a quo eodem ille et agendi acciperet praecepta et loquendi. de Or. 3, 35.

Alexandro Magno rege inflammato cupidine animalium naturas noscendi, delegataque hac commentatione Aristoteli, summo in omni doctrina viro, aliquot millia hominum in totius Asiae Graeciaeque tractu parere ei jussa, omnium, quos venatus, aucupia, piscatusque alebant, quibusque vivaria, armenta, alvearia, piscinae, aviaria in cura erant: ne quid usquam genitum ignoraretur Plin. 8, 17.

(5) Diog. L. (5, 3.) eum dixisse scribit: Αἰσχρὸν σιωπᾶν, Ξενοκρατη δ' εαν λεγειν. Et omnino verisimilius est, Xenocratis quam Isocratis multo jam senioris aemulatione eum commotum esse.

raretur ab eo: quos percontando quinquaginta ferme volumina illa praeclara de animalibus condidit.

Arrian. in Alex. *Πολλα οιδα αναγεγραμμενα υπερ της Αλεξανδρου τελευτης· και φαρμακον ότι επεμφθη παρα Αντιπατρου Αλεξανδρῳ, και εκ του φαρμακου ότι απεθανεν· και το φαρμακον ότι Αριςοτελης μεν εξευρε, δεδοικως ηδη Αλεξανδρον, Καλλισθενους (6) ένεκα.*

Origenes c. Cels. 1. *Αριςοτελης ιδων συγκροτεισθαι μελλον κατ' αυτου δικαςηριον, ὡς κατα ασεβους, δια τινα δογματα της φιλοσοφιας αυτου, ά ενομισαν ασεβη οἱ Αθηναιοι, αναχωρησας απο των Αθηνων, εν Χαλκιδι τας διατριβας εποιησατο, απολογησαμενος τοις γνωριμοις και λεγων· απιωμεν απο των Αθηνων, ἱνα μη προφασιν δωμεν Αθηναιοις του δευτερον αγος αναλαβειν παραπλησιον τῳ κατα Σωκρατους, και ἱνα μη δευτερον εις φιλοσοφιαν ασεβησωσιν.*

Com-

(6) Callisthenes, Aristotelis agnatus atque familiaris, ab eo Alexandro in Asiam proficiscenti commendatus est. De eo Cicero (pro Rabir. Post. 9.): „Callisthenem, doctum hominem, comitem Magni Alexandri, ab Alexandro necatum accepimus" et Tusc. 3, 10. „Theophrastus interitum deplorans Callisthenis, sodalis sui, rebus Alexandri prosperis angitur: itaque dicit, Callisthenem incidisse in hominem summa potentia summaque fortuna, sed ignarum, quemadmodum rebus secundis uti conveniret." Curtius l. 8, c. 8. scribit: „Callisthenes quoque tortus interiit, initi consilii in caput regis innoxius, sed haudquaquam aulae et assentantium accommodatus ingenio." Justinus (15, 3) „Alexander M. Callisthenem philosophum, propter salutationis Persicae interpellatum morem, insidiarum, quae sibi paratae fuerant, conscium fuisse iratus finxit" etc. Ob hunc Callisthenem odium quoque in Aristotelem concepit Alexander, idque Aristotelis obtrectatoribus ansam dedit, regiae mortis culpam in eum conferendi.

Commentationum suarum artiumque, quas Gellius
discipulis tradebat, Aristoteles philosophus, regis 20,5.
Alexandri magister, duas species habuisse dicitur. Alia erant, quae nominabat ἐξωτερικά; alia, quae appellabat ἀκροατικά. Ἐξωτερικὰ dicebantur, quae ad rhetoricas meditationes, facultatem argutiarum, civiliumque rerum notitiam conducebant. Ἀκροατικὰ autem vocabantur, in quibus philosophia remotior subtiliorque agitabatur, quaeque ad naturae contemplationes disceptationesve dialecticas pertinebant. Huic disciplinae, quam dixi ἀκροατικήν, tempus exercendae dabat in Lyceo matutinum, nec ad eam quenquam temere admittebat, nisi quorum ante ingenium et eruditionis elementa atque in discendo studium laboremque explorasset. Illas vero ἐξωτερικὰς auditiones exercitiumque dicendi eodem in loco vesperi faciebat; easque vulgo juvenibus sine delectu praebebat, atque eum δειλινὸν περίπατον appellabat, illum alterum supra ἑωθινόν. Utroque enim tempore ambulans disserebat: librosque suos, earum omnium rerum commentarios, seorsum divisit, ut alii Exoterici dicerentur, partim Acroatici. Acroaticos quum in vulgus ab eo editos rex Alexander cognovisset, atque ea tempestate armis exercitam omnem prope Asiam teneret, regemque ipsum Darium proeliis et victoriis urgeret; in illis tamen tantis negotiis litteras ad Aristotelem misit, non eum recte fecisse, quod disciplinas ἀκροατικάς, quibus ab eo ipse eruditus foret, libris foras editis invulgasset. Nam qua, inquit, alia re praestare ceteris poterimus, si ea, quae ex te accepimus, omnium prorsus fient communia? quippe ego doctrina anteire malim, quam copiis atque opulentiis. Rescripsit ei Aristoteles ad hanc sententiam: Acroaticos libros, quos editos quereris,

et non proinde ut arcana absconditos, neque editos scito esse neque non editos, quoniam his solis, qui nos audiunt, cognobiles erunt.

Or. 51. Quis omnium doctior, quis acutior, quis in rebus vel inveniendis vel judicandis acrior Aristotele fuit? quis porro Isocrati est adversatus impensius? Is igitur versum in oratione vetat esse, nu-

de Or. 3, 47. merum jubet. — Sed quum sint numeri plures, iambum et trochaeum frequentem segregat ab oratore Aristoteles, qui natura tamen incurrunt ipsi in orationem sermonemque nostrum; sed sunt insignes percussiones eorum numerorum. Quare primum ad heroum nos dactyli et anapaesti et spondei pedem invitat: in quo impune progredi licet duo duntaxat pedes, aut paullo plus, ne plane in versum aut similitudinem versuum incidamus. Probatur autem ab eodem illo maxime paeon; qui est duplex. Nam aut a longa oritur, quam tres breves consequuntur, aut a brevibus deinceps tribus, extrema producta atque longa. Atque illi philosopho ordiri placet a superiore paeone, posteriore finire.

Invent. 2, 2. Veteres scriptores artis dicendi unum in locum conduxit Aristoteles, et nominatim cujusque praecepta magna conquisita cura perspicue conscripsit, atque enodata diligenter exposuit: at tantum inventoribus ipsis suavitate et brevitate dicendi praestitit, ut nemo illorum praecepta ex ipsorum libris cognoscat, sed omnes, qui, quod illi praecipiant, velint intelligere, ad hunc quasi ad quendam commodio-

Inv. 1, 5. rem explicatorem revertantur. — Aristoteles autem, qui huic arti plurima adjumenta atque ornamenta subministravit, tribus in generibus rerum versari rhetoris officium putavit, demonstrativo, deliberativo, judiciali. Demonstrativum est, quod tribuitur in alicujus certae personae laudem aut vituperationem: deliberativum, quod positum in disceptatione

tione et consultatione civili habet in se sententiae dictionem: judiciale, quod positum in judicio habet in se accusationem et defensiónem. — *Ita* Aristoteles, cujus et illum legi librum, in quo exposuit dicendi artes omnium superiorum, et illos, in quibus ipse sua quaedam de eadem arte dixit, eadem acie mentis, qua rerum omnium vim naturamque viderat, haec quoque adspexit, quae ad dicendi artem pertinebant. de Or. 2, 38.

Incidisti, Trebati, in Aristotelis Topica quaedam, quae sunt ab illo pluribus libris explicata. Topic. 1. Qua inscriptione commotus continuo a me eorum librorum sententiam requisisti. Quam tibi quum exposuissem, disciplinam inveniendorum argumentorum libris illis contineri; mecum, ut tibi illam traderem, egisti. Quum autem ego te, vel ut eos per te ipse legeres vel ut totam rationem a doctissimo quodam rhetore acciperes, hortatus essem; utrumque es expertus. Sed a libris te Obscuritas rejecit. Rhetor autem ille magnus, haec, ut opinor, Aristotelica se ignorare respondit. Quod quidem minime sum admiratus, eum philosophum rhetori non esse cognitum, qui ab ipsis philosophis, praeter admodum paucos, ignoraretur. Quibus eo minus ignoscendum est, quod non modo rebus iis, quae ab illo dictae et inventae sunt, allici debuerunt, sed dicendi quoque incredibili quadam cum copia tum etiam suavitate.

Obscuritas librorum Aristotelis aucta est singulari, quod experti sunt, fato, quod ita enarrat Strabo: l. 13. p. 609. *Εκ της Σκηψεως* (urbe Troadis) *γεγονε Νηλευς, ανηρ Αριςοτελους ηκροαμενος και Θεοφραςου, διαδεδεγμενος δε την βιβλιοθηκην του Θεοφραςου, εν ῃ ην και ῃ του Αριςοτελους· ὁ γαρ Αριςοτελης την ἑαυτου Θεοφραςῳ παρεδωκεν, ᾧπερ και την σχολην απελιπε, πρω-*

τος, ὧν ισμεν, συναγαγων βιβλια (7), και διδαξας (exemplo suo) τους εν Αιγυπτω βασιλεας βιβλιοθηκης συνταξιν. Θεοφραστος δε Νηλει παρεδωκεν· ὁ δ' εις Σκηψιν κομισας τοις μετ' αυτον (posteris suis) παρεδωκεν, ιδιωταις ανθρωποις, οἱ κατακλειστα ειχον τα βιβλια, ουδ' επιμελως κειμενα. επειδη δε ησθοντο την σπουδην των Ατταλικων βασιλεων, ὑφ' οἱς ην ἡ πολις, ζητουντων βιβλια εις την κατασκευην της εν Περγαμῳ βιβλιοθηκης, κατα γης εκρυψαν εν διωρυγι τινι· ὑπερ δε νοτιας και σητων κακωθεντα, οψε ποτε απεδοντο οἱ απο του γενους (sc. Νηλεως) Απελλικοντι τῳ Τηΐῳ (Athenis tamen commoranti) πολλων αργυριων τα τε Αριστοτελους και τα του Θεοφραστου βιβλια. ην δε ὁ Απελλικων φιλοβιβλος μαλλον η φιλοσοφος· διο και ζητων επανορθωσιν των διαβρωματων, εις αντιγραφα καινα μετηνεγκε την γραφην, αναπληρων ουκ ευ, και εξεδωκεν ἁμαρταδων πληρη τα βιβλια. Συνεβη δε τοις εκ των περιπατων, τοις μεν παλαιοις μετα Θεοφραστον, ὁλως ουκ εχουσι τα βιβλια πλην ολιγων και μαλιστα των εξωτερικων, μηδεν εχειν φιλοσοφειν πραγματικως, αλλα θεσεις ληκυθιζειν· (8) τοις δ' ὑστερον, αφ' οὗ τα βιβλια ταυτα προηλθεν, αμεινον μεν εκεινων φιλοσοφειν και αριστοτελιζειν, αναγκαζεσθαι μεν τοι τα πολλα εικοτως λεγειν, δια το πληθος των ἁμαρτιων. πολυ δε εις τουτο και ἡ Ρωμη προσελαβετο. ευθυς γαρ μετα την Απελλικοντος τελευτην, Συλλας εἱλε την Απελλικοντος βιβλιοθηκην, ὁ τας Αθηνας ἑλων (occasione belli Mithridatici). δευρο (Romam, ubi Strabo degebat) δε κομισθει-

(7) In hoc errat Strabo. Jam ante Aristot. bibliothecas collegerant Polycrates Samius, Pisistratus, Euripides aliique. vid. Athenaeus l. 1. p. 3.

(8) ληκυθος est *locus communis*. Sensus est: non accurate philosophari poterant, sed solis locis communibus contenti esse debebant, quippe carentes accuratiori Aristotelis dogmatum expositione.

σθεισαν Τυραννιων τε ὁ γραμματικος διεχειρισατο φιλαριςοτελης ων, θεραπευσας τον επι της βιβλιοθηκης (praefectum bibl.) *και βιβλιοπωλαι τινες, γραφευσι φαυλοις χρωμενοι και ουκ αντιβαλλοντες, ὁπερ και επι των αλλων συμβαινει των εις πρασιν γραφομενων βιβλιων και ενθαδε και εν Αλεξανδρεια.*

Βουλεται Αριςοτελης διττον ειναι τον κατα φιλοσοφιαν λογον· τον μεν πρακτικον, τον δε θεωρητικον· και του πρακτικου τον τε ηθικον και πολιτικον, του δε θεωρητικου τον τε φυσικον και λογικον. Diog. L. 5, 28.

Ariſtoteles veteres philoſophos accuſans, qui exiſtimaviſſent, philoſophiam ſuis ingeniis eſſe perfectam, ait eos aut ſtultiſſimos, aut glorioſiſſimos fuiſſe: ſed ſe videre, quod paucis annis magna acceſſio facta eſſet, brevi tempore philoſophiam plane abſolutam fore. Tuſc. 3, 28.

Magna animi contentio adhibenda eſt in explicando Ariſtotele, ſi legeris. Fragm. p. 1093.

Ariſtoteles laudandus in eo, quod omnia quae moventur, aut natura moveri cenſuit, aut vi, aut voluntate: moveri autem ſolem et lunam et ſidera omnia: quae autem natura moverentur, haec aut pondere deorſum, aut levitate in ſublime ferri: quorum neutrum aſtris contingere, propterea quod eorum motus in orbem circumferretur. Nat. d. 2, 16.

Vellejus Epicureus, corruptor ut aliorum ſic et Ariſtotelis diſciplinae, ita loquitur: Ariſtoteles in tertio de philoſophia libro multa turbat, a magiſtro Platone non diſſentiens: modo enim menti tribuit omnem divinitatem: modo mundum ipſum deum dicit eſſe: modo quendam alium praeficit mundo, eique eas partes tribuit, ut replicatione quadam mundi motum regat atque tueatur: tum coeli ardorem deum dicit eſſe, non intelligens coelum mundi eſſe partem, quem alio loco ipſe deſignarit Nat. d. 1, 13.

gnarit deum. Quomodo autem coeli divinus ille ſenſus in celeritate tanta conſervari poteſt? ubi deinde illi tot dii, ſi numeramus etiam coelum deum? Quum autem ſine corpore idem vult eſſe deum, omni illum ſenſu privat, etiam prudentia. Quo porro modo mundum movere poteſt, carens corpore, aut quomodo ſemper ſe movens eſſe quietus et beatus poteſt?

Phyſ. VII. 1. *Sed audiamus ipſum Ariſtotelem de PRIMO MOTORE i. e. deo.* *Ἁπαν το κινουμενον, αναγκη ὑπο τινος κινεισθαι· ει μεν γαρ εν ἑαυτῳ μη εχει την αρχην της κινησεως, φανερον ὁτι ὑφ᾽ ἑτερȣ κινειται. — Επει δε κινȣμενον παν ὑπο τινος κινειται, αναγκη και το κινουμενον παν εν τοπῳ κινεισθαι ὑπ᾽ αλλου, και το κινουν τοινυν ὑφ᾽ ἑτερου, επειδη και αυτο κινειται, και παλιν τουτο ὑφ᾽ ἑτερου. Ου δε εις απειρον προεισιν, αλλα ϛησεται που, και εϛαι τι, ὁ πρωτον αιτιον εϛαι του κινεισθαι.*

Met. 12,7. *Φαμεν, τον θεον ειναι ζωον, αΐδιον, αριϛον· ὡϛε ζωη και αιων συνεχης και αΐδιος ὑπαρχει τῳ θεῳ. — Ὁτι μεν ουν εϛιν ουσια τις αΐδιος και ακινητος και κεχωρισμενη των αισθητων, φανερον. δεδεικται δε και ὁτι μεγεθος ουδεν ενδεχεται εχειν ταυτην την ουσιαν, αλλα αμερης και αδιαιρετος εϛι. κινει γαρ τον απειρον χρονον· ουδεν δ᾽ εχει δυναμιν απειρον πεπερασμενων.* c. 8. *— Ποτερον δε μιαν θετεον την τοιαυτην ουσιαν, η πλειους, και ποσας, δει μη λανθανειν. — Ἑν μεν και λογῳ και αριθμῳ το πρωτον κινουν, ακινητον ον· και το κινουμενον αρα αει και συνεχως Ἑν μονον. εἱς αρα ουρανος μονος. παραδεδοται δε ὑπο των αρχαιων και παλαιων εν μυθου σχηματι καταλελειμμενα τοις ὑϛερον, ὁτι θεοι τε εισιν οὑτοι* (ſc. *οἱ ουρανοι*), *και περιεχει το θειον την ὁλην φυσιν· τα δε λοιπα μυθικως ηδη προσηχθη* (per fabulas addita ſunt) *προς την πειθω των πολλων και προς την εις τους νομους και το συμφερον χρησιν. ανθρωποειδεις τε γαρ τουτους και των*

των αλλων ξωων ὁμοιους τισι λεγουσι, και τουτοις ἑτερα ακολουθα και παραπλησια τοις ειρημενοις· ὧν ει τις χωρισας αυτο λαβοι μονον το πρωτον, ὁτι θεως ῳοντο τας πρωτας ουσιας ειναι, θειως αν ειρησθαι νομισειε· και κατα το εικος πολλακις εὑρημενης ἑκαςης και τεχνης και φιλοσοφιας και παλιν φθειρομενων, και ταυτας τας δοξας εκεινων, οἱον λειψανα, περισεσωσθαι μεχρι του νυν.

De intellectu dei haec scribit. Τα δε περι τον νουν εχει τινας απορειας, ει γαρ μηδεν νοει, τι αν ειη το σεμνον (sc. αυτου); αλλ' εχει ὡσπερ αν ειη ὁ καθευδων. — δια του νοειν, το τιμιον αυτῳ ὑπαρχει. ετι δε ειτε νους ἡ ουσια αυτου ειτε νοησις εςι, τι νοει; η γαρ αυτος αὑτον, η ἑτερον τι; και ει ἑτερον τι, η το αυτο αει, η αλλο; ποτερον ουν διαφερει τι η ουδεν, το νοειν το καλον η το τυχον; η και ατοπον διανοεισθαι περι ενιων; δηλον τοινυν ὁτι το θειοτατον και τιμιωτατον νοει, και ου μεταβαλλει. εις χειρον γαρ ἡ μεταβολη. πρωτον μεν ουν ει μη νοησις εςιν αλλα δυναμις, ευλογον, επιπονον ειναι το συνεχες αυτῳ της νοησεως. επειτα δηλον, ὁτι αλλο τι αν ειη τιμιωτερον η νους, το νοουμενον. και γαρ το νοειν και ἡ νοησις ὑπαρξει και το χειριςον νοουντι. ὡςε φευκτον τουτο. Και γαρ μη ὁραν ενια κρειττον η ὁραν· ουκ αν ειη το αριςον ἡ νοησις. αὑτον αρα νοει, ειπερ εςι το κρατιςον· και εςιν ἡ νοησις, νοησεως νοησις (9). Metaph. XII, 9.

Καθολου ὁπερ εν νηϊ κυβερνητης, εν ἁρματι δε ἡνιοχος, εν χορῳ δε κορυφαιος, εν πολει δε νομος, εν ςρατοπεδῳ δε ἡγεμων, τουτο Θεος εν κοσμῳ· πλην καθ' ὁσον τοις μεν καματηρον το αρχειν, πολυκινητον τε και πολυμεριμνον· τῳ δε αλυπον, απονον τε, και πασης κεχωρισμενον σωματικης ασθενειας. εν ακινητῳ γαρ ἱδρυμενος παντα κινει και περιαγει, ὁπου βουλεται, και ὁπως, εν διαφοροις τε ιδεαις και φυσεσιν· ὡσπερ αμελει και ὁ της πολεως νομος, ακινητος ων, εν ταις των χρωμενων ψυ- de Mundo c. 12.

(9) Sensus est: *Deus est actus cogitandi seque ipsum cogitantem cogitat.*

ψυχαις παντα οικονομει τα κατα την πολιτειαν. — Οὕτως ὑποληπτεον και ὑπο της μειζονος πολεως, λεγω δη τουδε του κοσμου. νομος μεν γαρ ἡμιν ισοκλινης ὁ θεος, ουδεμιαν ὑποδεχομενος διορθωσιν η μεταθεσιν· κρειττων δε, οιμαι, και βεβαιοτερος των εν κυρβεσι αναγεγραμμενων. ἡγουμενου δε ακινητως αυτου και εμμελως, ὁ συμπας διοικονομειται διακοσμος ουρανου και γης. (*Non diſſimulandum tamen, librum de mundo, ex quo praeclarus hic locus decerptus eſt, ſpurium videri multis recentiorum, inter quos eſt Cel. Meiners* (de vero deo p. 454). *De controverſia hac vid. Fabricius Bibl. Gr. ed. Harleſ. Vol. III. p. 232 ſqq.*)

Nat. d. 2, 37. Praeclare Ariſtoteles: Si eſſent, inquit, qui ſub terra ſemper habitaviſſent, bonis et illuſtribus domiciliis, quae eſſent ornata ſignis atque picturis inſtructaque rebus iis omnibus, quibus abundant ii, qui beati putantur, nec tamen exiſſent unquam ſupra terram: accepiſſent autem fama et auditione, eſſe quoddam numen et vim deorum, deinde aliquo tempore, patefactis terrae faucibus, ex illis abditis ſedibus evadere in haec loca, quae nos incolimus, atque exire potuiſſent: quum repente terram et maria coelumque vidiſſent; nubium magnitudinem, ventorumque vim cognoviſſent, adſpexiſſentque ſolem, ejusque tum magnitudinem pulcritudinemque, tum etiam efficientiam cognoviſſent, quod is diem efficeret, toto coelo luce diffuſa; quum autem terras nox opacaſſet, tum coelum totum cernerent aſtris diſtinctum et ornatum, lunaeque luminum varietatem tum creſcentis tum ſeneſcentis, eorumque omnium ortus et occaſus atque in omni aeternitate ratos immutabilesque curſus: haec quum viderent, profecto et eſſe deos et haec tanta opera deorum eſſe arbitrarentur.

Fat. 17. Veterum philoſophorum multi cenſuerunt, omnia ita fato fieri, ut id fatum vim neceſſitatis afferret,

ferret, in qua sententia Democritus, Heraclitus, Empedocles, Aristoteles fuit.

Semper fuit mundus, ut Aristoteli placet. — Quumque Stoicus dixerit, hunc mundum esse sapientem, habere mentem, quae et se et ipsum fabricata sit, et omnia moderetur, moveat, regat: veniet flumen orationis aureum fundens Aristoteles, qui illum desipere dicat: neque enim ortum esse unquam mundum, quod nulla fuerit novo consilio inito tam praeclari operis inceptio; et ita esse eum undique aptum, ut nulla vis tantos queat motus mutationemque moliri, nulla senectus diuturnitasve temporum efficere, ut hic ornatus unquam dilapsus occidat.

Tusc. 1, 28. Ac. 2, 38.

Αναγκη του ὁλου γιγνεσθαι μεν τινα μεταβολην, μη μεντοι γενεσιν και φθοραν, ειπερ μενοι το παν (10).

Aristot. Meteor. 1, 14.

Quum aliorum animantium ortus in terra sit, aliorum in aqua, in aëre aliorum; absurdum esse Aristoteli videtur, in *aethere vel* ea parte, quae sit ad gignenda animalia aptissima, animal gigni nullum putare.

Nat. d. 2, 15.

Ari-

(10) Doctrinam de aeternitate mundi, post Aristotelem a Neaplatonicis praecipue defensam, Aristoteles primus constituisse plerumque creditur, praesertim quum ipsi sibi illius inventionem vindicet. Attamen *Philo* (*περι αφθαρσιας κοσμου*) ita scribit: *Αριςοτελης αγενητον και αφθαρτον εφη τον κοσμον ειναι. ενιοι δ' ουκ Αριςοτελη της δοξης εὑρετην λεγουσι, αλλα και των Πυθαγορειων τινας· εγω δε και Οκελλου συγγραμματι, Λευκανου γενος, επιγραφομενῳ Περι της του παντος φυσεως, ενετυχον, εν ῳ αγενητον τε και αφθαρτον ουκ απεφαινετο μονον, αλλα και δι' αποδειξεως κατεσκευαζε, τον κοσμον ειναι.* En initium libri, qui sub nomine Pythagorei Ocelli Lucani exstat, ad quem h. l. provocat Philo. *Δοκει μοι το παν ανωλεθρον ειναι και αγενητον· αει τε γαρ ην και εςαι. ει γαρ εγχρονον, ουκ αν ετι ην. — αναρχον αρα και ατελευτητον το παν.* Sed spurius hic liber videtur esse *Meinersio* (de vero deo. p. 312) seriorisque post Aristotelem aetatis, itemque Tiedemanno (Geist der Phil. Vol. I. p. 91).

Tusc. 1, 10. Aristoteles longe omnibus (Platonem semper excipio) praestans et ingenio et diligentia, quum quatuor nota illa genera principiorum esset complexus, e quibus omnia orirentur, quintam quandam naturam censet esse, e qua sit mens. Cogitare enim et providere et discere et docere et invenire aliquid, et tam multa alia, meminisse, amare, odisse, cupere, timere, angi, laetari: haec et similia eorum in horum quatuor generum nullo inesse putat. Quintum genus adhibet, vacans nomine, et sic ipsum animum ἐντελεχειαν appellat novo nomine, quasi quandam continuatam motionem et perennem.

ib. c. 26. Si deus aut anima aut ignis est, idem est animus hominis: nam ut illa natura coelestis et terra vacat et humore: sic utriusque harum rerum humanus animus est expers. Sin autem est quinta quaedam natura, ab Aristotele inducta primum; haec et deorum est et animorum. Hanc nos sententiam secuti, his ipsis verbis in consolatione hoc expressimus: Animorum in terris nulla origo inveniri potest: nihil enim est in animis mixtum atque concretum, aut quod ex terra natum atque fictum esse videatur; nihil ne aut humidum quidem, aut flabile, aut igneum. His enim in naturis nihil inest, quod vim memoriae, mentis, cogitationis habeat, quod et praeterita teneat, et futura provideat, et complecti possit praesentia: quae sola divina sunt; nec invenietur unquam, unde ad hominem venire possint, nisi a deo. Singularis est igitur quaedam natura atque vis animi, sejuncta ab his usitatis notisque naturis. Ita quidquid est illud, quod sentit, quod sapit, quod vivit, quod viget, coeleste et divinum ob eamque rem aeternum sit necesse est. Nec vero deus ipse, qui intelligitur a nobis, alio modo intelligi potest, nisi mens soluta quaedam et libera, segregata ab omni concretione mortali, omnia sentiens

tiens et movens, ipsaque praedita motu sempiterno. Hoc e genere atque eadem e natura est humana mens.

De animi immortalitate quid statuerit Aristoteles, jam antiquissimis temporibus magnopere certatum est. Multi tamen veterum animum ab eo mortalem judicatum esse censent. Sic, ut e multis unum proferam, Justinus Martyr. *Πλατων, Ψυχη πασα αθανατος, κεκραγε λεγων· Αριςοτελης δε, εντελεχειαν αυτην ονομαζων, ουκ αθανατον αλλα θνητην αυτην ειναι βουλεται. και ὁ μεν, αεικινητον αυτην ειναι λεγει· Αριςοτελης δε ακινητον αυτην ειναι φησιν, άπασης κινησεως προηγουμενην. αλλ' εν τουτοις μεν ὑπεναντια φρονουντες αλληλοις ελεγχονται· ει δε τις ακριβως τα κατ' αυτους σκοπειν εθελοι, ουδε ταις ἑαυτων δοξαις εμμενειν προηρηνται.* Justin. Mart. p. 7.

Non totum tamen animum Aristoteli visum esse corruptibilem atque mortalem, ex hoc illius loco apparet, ubi intellectum (νουν) in agentem *et* patientem *dividit, et illum quidem immortalem, hunc corruptioni obnoxium esse affirmat. Οὑτος ὁ νους (ποιητικος) χωριςος* (a corpore) *και αμιγης και απαθης· χωρισθεις δε εςι μονον τουθ' ὁπερ εςι, και τουτο μονον αθανατον και αϊδιον· ὁ δε παθητικος νους, φθαρτος.* de Anima l. 3, 5.

Omnino universa Aristotelis de animo doctrina obscurissima saepe est, nec raro in ea sibi ipse repugnare videtur. Attamen non injucundum fore lectoribus spero, si quibusdam adhuc clarioribus locis allatis illius Psychologiae qualecunque systema contexam. Της ψυχης ὁρωμεν δυο μερη· το τε αλογον και το λογον εχον· και τας ἑξεις τας τουτων δυο τον αριθμον· ὡν το μεν εςιν ορεξις, το δε νους. — Αἱ δυναμεις της ψυχης τοις μεν ενυπαρχουσι πασαι, τοις δε τινες αυτων, ενιοις δε μια μονη· δυναμεις δε ειπομεν, θρεπτικον, αισθητικον, κινητικον κατα τοπον, Polit. 7, 15. de Anima 2, 3 et 2.

δια-

διανοητικον. θρεπτικον δε λεγομεν το τοιουτον μοριον της ψυχης, οὗ και τα φυτα μετεχει (c. 2.)· ὑπαρχει δε τοις μεν φυτοις το θρεπτικον μονον, ἑτεροις δε αυτο τε και το αισθητικον (ει δε το αισθητικον, και το ορεκτικον)· ἑτεροις δε και το διανοητικον

c. 2. τε και νους, οἷον ανθρωποις, και ει τι τοιουτον ἐςιν ἑτερον η και τιμιωτερον. — Περι δε του νου ουδεπω φανερον· αλλ᾽ εοικε ψυχης γενος ἑτερον ειναι. και τουτο μονον ενδεχεται χωριζεσθαι (ſeparari poteſt a corpore), καθαπερ το αϊδιον του φθαρ-

de Generan 2, 3. του. — Ὁτι μεν τοινυν ουχ οἷον, πασας [δυναμεις της ψυχης] προϋπαρχειν, φανερον εςιν εκ των τοιουτων· ὁσων γαρ εςιν αρχων ἡ ενεργεια σωματικη, δηλον, ὁτι ταυτας ανευ σωματος αδυνατον ὑπαρχειν. ὡςε, και θυραθεν εισιεναι αδυνατον. Ου γαρ αυτας εισιεναι οἷον τε, αχωριςους ουσας (quum a corpore inſeparabiles ſint). Λειπεται δε, τον νουν μονον θυραθεν επεισιεναι, και θειον ειναι μονον. ουδε γαρ αυτου τη ενεργεια κοινωνει σωματικη ενερ-

de Anima 1, 5. γεια. — Λεγουσι δε τινες μεριςην ψυχην ειναι, και αλλω μεν νοειν, αλλω δε επιθυμειν· τι ουν δηποτε συνεχει την ψυχην, ει μεριςη πεφυκεν; ου γαρ δη γε το σωμα· δοκει γαρ τουναντιον μαλλον ἡ ψυχη το σωμα συνεχειν, εξελθουσης ουν διαπνειται και

ib. 2, 2. σηπεται. — Και καλως ὑπολαμβανουσι, οἷς δοκει μητε ανευ σωματος ειναι, μητε σωμα τι ψυχη· σωμα μεν γαρ ουκ εςι, σωματος δε τι. — Ου ταυτον εςι

ib. 3, 3. το αισθανεσθαι και το φρονειν. τουτο μεν γαρ πασι μετεςι, τουτο δε ολιγοις των ζωων. — ἡ αισθησις των ιδιων αει αληθης, και πασιν ὑπαρχει τοις ζωοις· διανοεισθαι ενδεχεται και ψευδως, και ουδενι ὑπαρχει, ᾧ μη και λογος. φαντασια γαρ ἑτερον και αισθησεως και διανοιας· αὐτη δε ου γιγνεται ανευ αισθησεως.

Fragm. ed Erneſt. p. 1097. Ex humanae vitae erroribus et aerumnis fit ut interdum veteres illi ſive vates ſive in ſacris initiisque

que tradendis divinae mentis interpretes, qui nos, ob aliqua ſcelera ſuſcepta in vita ſuperiore, poenarum luendarum cauſa natos eſſe dixerunt, aliquid vidiſſe videantur, verumque ſit illud, quod eſt apud Ariſtotelem, ſimili nos affectos eſſe ſupplicio atque eos, qui quondam, quum in praedonum Etruſcorum manus incidiſſent, crudelitate excogitata necabantur: quorum corpora viva cum mortuis, adverſa adverſis accommodata, quam aptiſſime colligabantur: ita noſtros animos cum corporibus copulatos, ut vivos cum mortuis eſſe conjunctos.

Ariſtoteles eos, qui valetudinis vitio furerent et melancholici dicerentur, cenſebat habere aliquid in animis praeſagiens atque divinum. Idem ait, omnes ingenioſos melancholicos eſſe. Div. 1, 38. Tuſc. 5, 33.

Animus quum languore corporis nec membris uti nec ſenſibus poteſt, incidit in viſa varia et incerta ex reliquiis, ut ait Ariſtoteles, inhaerentibus earum rerum, quas vigilans geſſerit aut cogitarit, quarum perturbatione mirabiles interdum exiſtunt ſpecies ſomniorum. — Ariſtoteles ipſe, ſingulari vir ingenio et paene divino, ſcribit, Eudemum Cyprium, familiarem ſuum, iter in Macedoniam facientem Pheras veniſſe: quae erat urbs in Theſſalia tum admodum nobilis, ab Alexandro autem tyranno crudeli dominatu tenebatur: in eo igitur oppido ita graviter aegrum Eudemum fuiſſe, ut omnes medici diffiderent: ei viſum in quiete egregia facie juvenem dicere, fore, ut perbrevi convaleſceret, paucisque diebus interiturum Alexandrum tyrannum, ipſum autem Eudemum quinquennio poſt domum eſſe rediturum. Atque ita quidem prima ſtatim ſcribit Ariſtoteles conſecuta; et convaluiſſe Eudemum, et ab uxoris fratribus interfectum tyrannum: quinto autem anno exeunte, quum eſſet ſpes ex illo ſomnio, in Cyprum illum ex Sicilia eſſe rediturum, Div. 2, 62. Div. 1, 25.

proe-

proeliantem eum ad Syracusas occidisse: ex quo ita illud somnium esse interpretatum, ut, quum animus Eudemi e corpore excesserit, tum domum revertisse videretur.

Off. 3, 8. Honestas aut sola expetenda est, ut Zenoni visum est; aut certe omni pondere gravior habenda, quam reliqua omnia, quod Aristoteli placet; qui
Fin. 4, 26. *tamen* omnia, quae secundum naturam sint, bona appellat, quae autem contra, mala.

Tusc. 5, 35. Sardanapalus, opulentissimus Assyriae rex, incidi jussit in busto:

> Haec habeo, quae edi, quaeque exsaturata libido
> Hausit: at illa jacent multa et praeclara relicta.

Quid aliud, inquit Aristoteles in bovis, non in regis sepulcro inscriberes?

Ac. 1, 4. Qui erant cum Aristotele, PERIPATETICI dicti sunt, quia disputabant inambulantes in Lyceo. —
Fin. 5, 4. Sed est forma ejus disciplinae, sicut fere ceterarum, triplex. Una pars est naturae; disserendi altera; vivendi tertia. Natura sic ab iis investigata est, ut nulla pars coelo, mari, terra (ut poëtice loquar) praetermissa sit. Quin etiam, quum de rerum initiis omnique mundo ita locuti essent, ut multa non modo probabili argumentatione, sed etiam necessaria mathematicorum ratione concluderent: maximam materiam ex rebus per se investigatis ad rerum occultarum cognitionem attulerunt. Persecutus est Aristoteles animantium omnium ortus ([11]), victus, figuras: THEOPHRASTUS autem stirpium naturas, omnium-

(11) Cicero Tusc. 1, 39. „Apud Hypanim fluvium, qui ab Europae parte in Pontum influit, Aristoteles ait bestiolas quasdam nasci, quae unum diem vivant." — Et de nat. Deor. 2, 49. „Illud vero ab Aristotele animadversum, a quo pleraque, quis potest non mirari? Grues, quum loca calidiora petentes, maria transmittant, trianguli efficere formam etc.

omniumque fere rerum, quae e terra gignerentur (12), caussas atque rationes, qua ex cognitione facilior facta est investigatio rerum occultissimarum. Disserendique ab iisdem non dialectice solum sed etiam oratorie praecepta sunt tradita: ab Aristoteleque principe de singulis rebus in utramque partem dicendi exercitatio est instituta ut non contra omnia semper, sicut Arcesilas, diceret, et tamen ut in omnibus rebus, quidquid ex utraque parte dici posset, exprimeret. Quum autem tertia pars bene vivendi praecepta quaereret, ea quoque est ab iisdem non solum ad privatae vitae rationem, sed etiam ad rerum publicarum rectionem relata. Omnium fere civitatum, non Graeciae solum, sed etiam Barbariae, ab Aristotele mores, instituta, disciplinas, a Theophrasto leges etiam cognovimus. Quumque uterque eorum docuisset, qualem in republica principem esse conveniret, pluribus praeterea quum scripsisset, qui esset optimus reipublicae status: hoc amplius Theophrastus, quae essent in republica inclinationes rerum, et momenta temporum, quibus esset moderandum, utcunque res postularet. Vitae autem degendae ratio maxime quidem illis placuit quieta, in contemplatione et cognitione posita rerum: quae, quia deorum erat vitae simillima, sapiente visa est dignissima, atque his de rebus et splendida est eorum et illustris oratio. De summo autem c. 5. bono, quia duo genera librorum sunt, unum populariter scriptum, quod ἐξωτερικὸν appellabant, alterum limatius, quod in commentariis reliquerunt, non semper idem dicere videntur: nec in summa tamen

(12) Exstant adhuc Theophrasti libri περὶ φυτῶν et περὶ λίθων aliaque multa physica scripta. Sed liber περὶ νόμων, ad quem mox respicit Cicero, cum innumeris aliis periit.

tamen ipsa aut varietas est ulla, apud hos quidem quos nominavi, aut inter ipsos dissensio. Sed quum beata vita quaeratur, idque sit unum, quod philosophia spectare et sequi debeat, sitne ea tota sita in potestate sapientis, an possit aut labefactari, aut eripi rebus adversis; in eo nonnunquam variari inter eos et dubitari videtur. Quod maxime efficit Theophrasti de beata vita liber: in quo multum admodum fortunae datur. Quod si ita se habeat, non possit beatam praestare vitam sapientia. Haec mihi videtur delicatior, ut ita dicam, molliorque ratio, quam virtutis vis gravitasque postulat. Quare teneamus Aristotelem et ejus filium Nicomachum: cujus accurate scripti de moribus libri, dicuntur illi quidem esse Aristotelis; sed non video, cur non potuerit patri similis esse filius. Theophrastum tamen adhibeamus ad pleraque, dummodo plus in virtute teneamus, quam ille tenuit, firmitatis et roboris. Simus igitur contenti his. Namque horum posteri ita degenerarunt, ut ipsi ex se nati esse videantur. Primum Theophrasti STRATO physicum se voluit. In quo etsi est magnus, tamen nova pleraque, et perpauca de moribus. Hujus LYCO est oratione locuples, rebus ipsis jejunior. Concinnus deinde et elegans hujus ARISTO: sed ea, quae desideratur a magno philosopho gravitas, in eo non fuit. Scripta sane et multa et polita: sed nescio quo pacto auctoritatem oratio non habet. Praetereo multos, in his doctum hominem et suavem HIERONYMUM: quem jam cur Peripateticum appellem, nescio. Summum enim bonum exposuit vacuitatem doloris. Qui autem de summo bono dissentit, de tota philosophiae ratione dissentit. CRITOLAUS imitari antiquos voluit: et quidem est gravitate proximus, et redundat oratio. Attamen is quidem in patriis institutis manet. DIODORUS, ejus auditor, adjungit ad honesta-

nestatem vacuitatem doloris. Hic quoque suus est: de summoque bono dissentiens dici vere Peripateticus non potest. Antiquorum autem sententiam Antiochus noster mihi videtur persequi diligentissime: quam eandem Aristotelis fuisse et Polemonis docet.

Piso Peripateticus in declaranda Peripateticorum de summo bono doctrina haec inter alia dicit: Omnis natura est conservatrix sui, idque habet propositum quasi finem et extremum, se ut custodiat quam in optimo sui generis statu; ut necesse sit, omnium rerum, quae natura vigeant, similem esse finem, non eundem. Ex quo intelligi debet, homini id esse in bonis ultimum, secundum naturam vivere: quod ita interpretemur, vivere ex hominis natura undique perfecta et nihil requirente. — Ita finis bonorum exsistit, secundum naturam vivere, sic affectum, ut optime affici possis, ad naturamque accommodatissime. — Perspicuum est, quoniam ipsi a nobis diligamur, omniaque et in animo et in corpore perfecta velimus esse, ea nobis ipsa cara esse propter se, et in iis esse ad bene vivendum momenta maxima. Sed facilis est conjectura, ea maxime esse expetenda ex nostris, quae plurimum habeant dignitatis. Ita fit, ut animi virtus corporis virtuti anteponatur, animique virtutes non voluntarias, cujus generis est docilitas, memoria, quae fere omnia appellantur uno ingenii nomine, vincant virtutes voluntariae, quas quidem proprie virtutes appellantur, multumque excellunt, propterea quod ex ratione gignuntur: qua nihil est in homine divinius.

c. 5, 9. ib. c. 13.

Tria genera bonorum *numerant* Peripatetici, maxima animi, secunda corporis, externa tertia; nec multo veteres Academici secus. — Pugnant Stoici cum Peripateticis. Alteri negant quidquam

Tusc. 5, 30. Fin. 2, 21.

esse bonum, nisi quod honestum sit. Alteri, plurimum se, et longe, longeque plurimum tribuere honestati, sed tamen et in corpore et extra esse
Fin. 4, 18. quaedam bona. *Hinc* non sola virtute finem bonorum contineri putant, sed ita, ut rebus tamen
c. 21. omnibus virtutem anteponant. Omnium enim commodorum longe praestantissimum esse, quod honestum esset atque laudabile: sed si duo honesta proposita sint, alterum cum valitudine, alterum cum morbo: non esse dubium, ad utrum eorum
c. 20. natura nos ipsa deductura sit. Stoici *contra* negant beatam vitam eam esse, quae expleta sit omnibus iis rebus, quas natura desideret: totamque eam in una
Fin. 3, 12. virtute ponunt. *Sed* Carneades pugnare non destitit, in omni hac quaestione, quae de bonis et malis appelletur, non esse rerum Stoicis cum Peri-
Fin. 4, 21. pateticis controversiam, sed nominum. Quae *enim* Zeno aestimanda et sumenda et apta naturae esse di-
et 27. xit, eadem Peripatetici bona appellant. Et quae mala Stoici non audent appellare, aspera autem et incommoda et rejicienda et aliena natura esse concedunt, ea Peripatetici mala dicunt, sed exigua et porro minima. Quare si potest esse beatus is, qui est in asperis rejiciendisque rebus *(ut Stoicis placet)*, potest is quoque esse, qui est in parvis malis.

Tusc. 4, 18. Peripatetici perturbari animos necesse esse dicunt, sed adhibent modum quendam, quem ultra
c. 19. progredi non oporteat. — Iidem perturbationes istas, quas Stoici exstirpandas putant, non modo naturales esse dicunt, sed etiam utiliter a natura datas: quorum est talis oratio. Primum multis verbis iracundiam laudant: cotem fortitudinis esse dicunt; multoque et in hostem et in improbum civem vehementiores iratorum impetus esse. — Virum denique videri negant, qui irasci nesciat. Nec vero solum hanc libidinem laudant (est enim ira, ulciscendi

di libido) sed ipsum illud genus vel libidinis vel cupiditatis ad summam utilitatem esse dicunt a natura datum: nihil enim quemquam, nisi quod libeat, praeclare facere posse. Ipsam aegritudinem, quam Stoici fugiendam dicunt, non sine magna utilitate a natura dicunt constitutam, ut homines castigationibus, reprehensionibus, ignominiis affici se in delicto dolerent.

Artificiosa genera divinandi, in quo haruspices, augures conjectoresque numerantur, improbantur a Peripateticis, a Stoicis defenduntur. Div. 1, 33.

Theophrastus divinitate loquendi nomen invenit *). Quis *enim* eo dulcior? Nec *tamen* miror, illud Theophrasto accidisse, quod dicitur, quum percontaretur ex anicula quadam, quanti aliquid venderet, et respondisset illa, atque addidisset: Hospes, non pote minoris, tulisse eum moleste, se non effugere hospitis speciem, quum aetatem ageret Athenis, optimeque loqueretur. — Non mediocriter Theophrastus delectat, quum tractat locos ab Aristotele ante tractatos, *atque idem*, ut Aristoteles, cum philosophia, dicendi etiam praecepta conjunxit. Or. 19. Brut. 31. ib. 45. Fin. 1, 2. Div. 2, 1.

Theophrastus moriens accusasse naturam dicitur, quod cervis et cornicibus vitam diuturnam, quorum id nihil interesset; hominibus, quorum maxime interfuisset, tam exiguam vitam dedisset: quorum si aetas potuisset esse longinquior, futurum fuisse, ut, omnibus perfectis artibus, omni doctrina hominum Tusc. 3, 28.

*) Ἐξ Ερεσσου (πολεως Λεσβου) ησαν Θεοφραςός τε και Φανιας, οἱ εκ των περιπατων φιλοσοφοι, Αριςοτελους γνωριμοι. Τυρταμος δ' εκαλειτο προτερον ὁ Θεοφραςος· μετωνομασε δ' αυτον ὁ Αριςοτελης Θεοφραςον, ἁμα μεν φευγων την του προτερου ονοματος κακοφωνιαν, ἁμα δε τον της φρασεως αυτου ζηλον επισημαινομενος· ἁπαντας μεν γαρ λογιους εποιησε μαθητας Αριςοτελης, λογιωτατον δε Θεοφραςον. Ita Strabo l. 13.

minum vita erudiretur. Querebatur igitur, se tum, quum illa videre coepisset, exstingui.

Nat. d. 1, 13. Non ferenda Theophrasti inconstantia est: modo enim menti divinum tribuit principatum, modo coelo: tum autem signis sideribusque coelestibus.

Ac. 1, 9. Theophrastus, vir et oratione suavis, et ita moratus, ut prae se probitatem quandam et ingenuitatem ferret, vehementius fregit quodam modo auctoritatem veteris disciplinae. Spoliavit enim virtutem suo decore, imbecillamque reddidit, quod negavit

Tusc. 5, 9. in ea sola positum esse beate vivere. — Idem quum statuisset, verbera, tormenta, cruciatus, patriae eversiones, exsilia, orbitates magnam vim habere ad male misereque vivendum, non est ausus elate et ample loqui, quum humiliter demisseque sentiret. Quam bene, non quaeritur: constanter quidem certe. Itaque mihi placere non solet consequentia reprehendere, quum prima concesseris. Hic autem elegantissimus omnium philosophorum et eruditissimus, non magnopere reprehenditur, quum tria genera dicit bonorum; vexatur autem ab omnibus, primum in eo libro, quem scripsit de vita beata, in quo multa disputat, quamobrem is, qui torqueatur, qui crucietur, beatus esse non possit. In eo etiam putatur dicere, in rotam (id est genus quoddam tormenti apud Graecos) beatam vitam non escendere. Non usquam id quidem dicit omnino: sed, quae dicit, idem valent. Possum igitur, cui concesserim, in malis esse dolores corporis, in malis naufragia fortunae, huic succensere dicenti, non omnes bonos esse beatos, quum in omnes bonos ea, quae ille in malis numerat, cadere possint? Vexatur idem Theophrastus et libris et scholis omnium philosophorum, quod in Callisthene suo (*vid. sup.* p. 210. n. 6.) laudarit illam sententiam; „Vitam regit fortuna, non sapientia." Negant ab ullo philosopho quidquam dictum

dictum esse languidius. Recte id quidem: sed nihil intelligo dici potuisse constantius. Si enim tot sunt in corpore bona, tot extra corpus in casu atque fortuna: nonne consentaneum est, plus fortunam, quae domina rerum sit et externarum et ad corpus pertinentium, quam consilium, valere? — Et vereor, ne vera sint, quae Theophrastus de fortuna, de dolore, de cruciatu corporis dixit, cum quibus conjungi beatam vitam nullo modo posse putavit. Fin.5,26.

Miror, quid in mentem venerit Theophrasto, in eo libro, quem de divitiis scripsit: in quo multa praeclare, illud absurde. Est enim multus in laudanda magnificentia et apparatione popularium munerum; taliumque sumtuum facultatem fructum divitiarum putat. — Loci *quoque* de magistratibus sunt proprii quaedam, a Theophrasto primum quaesita. Institutus enim ab Aristotele habitavit, ut scitis, in eo genere rerum, ab eodemque Aristotele doctus Dicaearchus huic rationi studioque non defuit. Off. 2,16. Leg. 3,5.

Aristoteles et Theophrastus cum Academia vetere re congruebant, genere docendi paullum differebant. Leg. 1,15.

Strato, Theophrasti auditor, quanquam fuit acri ingenio, tamen a Peripateticorum disciplina semovendus est; qui quum maxime necessariam partem philosophiae, quae posita est in virtute et in moribus, reliquisset, totumque se ad investigationem naturae contulisset, in ea ipsa plurimum dissedit a suis. Ac. 1, 9.

Non audiendus Theophrasti auditor, Strato, is qui physicus appellatur: qui omnem vim divinam in natura sitam esse censet, quae causas gignendi, augendi, minuendi habeat, sed careat omni sensu et figura. — Negas sine deo posse quidquam esse. Nat. d. 1, 13. Ac. 2, 38.

Ecce tibi e transverso Lampsacenus Strato, qui det isti deo immunitatem magni quidem muneris. Negat opera deorum se uti ad fabricandum mundum. Quaecunque sint, docet, omnia esse effecta natura: nec ut ille, qui asperis, et laevibus, et hamatis, uncinatisque corporibus concreta haec esse dicat, interjecto inani. Somnia censet haec esse Democriti, non docentis sed optantis. Ipse autem singulas mundi partes persequens, quidquid aut sit aut fiat, naturalibus fieri aut factum esse docet ponderibus et motibus.

Tusc. 3, 32. LYCONIS qualia sunt? qui aegritudinem extenuans parvis ait eam rebus moveri, fortunae et corporis incommodis, non animi malis.

Lyconi huic successit Aristo Ceus, saepissime in veterum libris cum Aristone Chio Stoico confusus, Aristoni Critolaus, huic Diodorus; quorum omnium jam supra (p. 226) *facta est mentio.*

Tusc. 5, 17. Quaero, quam vim habeat libra illa CRITOLAI: qui, quum in alteram lancem animi bona imponat, in alteram corporis et externa, tantum propendere illam bonorum animi lancem putet, ut terram et maria deprimat.

Ac. 2, 42. Vacare omni molestia cum honestate, DIODORUS finem esse bonorum censuit.

Praeter hos Aristotelis successores excelluere etiam inter Peripateticos veteres Dicaearchus, Aristoxenus, Heraclides Ponticus, Demetrius Phalereus, Hieronymus Rhodius, denique Cratippus.

Off. 2, 5. Est DICAEARCHI liber de interitu hominum, Peripatetici magni et copiosi: qui, collectis ceteris caussis, eluvionis, pestilentiae, vastitatis, beluarum etiam repentinae multitudinis, quarum impetu docet quaedam hominum genera esse consumta; deinde

de comparat, quanto plures deleti sint homines hominum impetu, id est bellis aut seditionibus, quam omni reliqua calamitate.

Dicaearchus in eo sermone, quem Corinthi habitum tribus libris exponit, doctorum hominum disputantium primo libro multos loquentes facit: duobus Pherecratem quendam Phthiotam senem, quem ait a Deucalione ortum, disserentem inducit, nihil esse omnino animum, et hoc esse nomen totum inane, frustraque animalia et animantes appellari; neque in homine inesse animum vel animam, nec in bestia: vimque omnem eam, qua vel agamus quid vel sentiamus, in omnibus corporibus vivis aequabiliter esse fusam, nec separabilem a corpore esse, quippe quae nulla sit, nec sit quidquam, nisi corpus unum et simplex, ita figuratum, ut temperatione naturae vigeat et sentiat. — Acerrime deliciae meae, Dicaearchus, contra immortalitatem disseruit. Is enim tres libros scripsit (qui Lesbiaci vocantur, quod Mytilenis sermo habetur) in quibus vult efficere, animos esse mortales. Tusc. 1, 10. Tusc. 1, 31.

Magnus Dicaearchi liber est, nescire ea, quae ventura sint, melius esse, quam scire. Idem cetera divinationis genera sustulit, somniorum et furoris reliquit. — Movet me Peripateticorum ratio, et veteris Dicaearchi et ejus, qui nunc floret, Cratippi, qui censent esse in mentibus hominum tanquam oraculum aliquod, ex quo futura praesentiant, si aut furore divino incitatus animus, aut somno relaxatus, solute moveatur ac libere. Div. 2, 51. Div. 1, 3. Div. 2, 48.

Dicaearchum recte amas. Luculentus homo est, et civis haud paullo melior quam isti nostri *αδικαιαρχοι (Caesar et reliqui).* — Nunc prorsus hoc statui, ut quoniam tanta controversia est Dicaearcho, familiari tuo, cum Theophrasto, amico meo, ut ille tuus *τον πρακτικον βιον* longe omnibus ad Att. 2, 12. ib. 16.

 ante-

anteponat, hic autem τον θεωρητικον, utrique a me mos gestus esse videatur. Puto enim me Di-
ad Att. 13, 32. caearcho affatim satisfecisse. — Dicaearchi utros-
que περι ψυχης velim mittas et καταβασεως (in
ib. 6, 2. antrum Trophonii).—Peloponnesias civitates omnes maritimas esse, hominis non nequam, sed etiam tuo judicio probati, Dicaearchi tabulis credidi *). Is in Trophoniana narratione Graecos in eo reprehendit, quod mare tam secuti sint: nec ullum in Peloponneso locum excipit. Quum mihi auctor placeret, (erat enim ἱςορικωτατος, et vixerat in Peloponneso) admirabar tamen.

Tusc. 1, 18. Dicaearchum cum ARISTOXENO aequali et condiscipulo suo, doctos sane homines, omittamus; quorum alter ne condoluisse quidem unquam videtur, qui animum se habere non sentiat; alter ita delectatur suis cantibus, ut eos etiam ad haec trans-
ib. 10. ferre conetur. *Nam* Aristoxenus musicus idemque philosophus *animum docet esse* ipsius corporis intentionem quandam, velut in cantu et fidibus, quae harmonia dicitur; sic ex corporis totius natura et figura varios motus cieri, tanquam in cantu sonos. Hic ab artificio suo non recessit, et tamen dixit aliquid, quod ipsum quale esset, erat multo ante et dictum et explanatum a Platone (*in Timaeo*).

Suidas. *Αριςοξενος, υἱος Μνησιου μουσικου, απο Ταραντος της Ιταλιας. — μουσικη επιθεμενος ουκ ηςοχησεν, ακουσας του τε πατρος και Λαμπρου του Ερυθραιου, ειτα Ξενοφιλου του Πυθαγορειου, και τελος Αριςοτελους· εις ὁν αποθανοντα ὑβρισε, διοτι κατελιπε της σχολης διαδοχον*

*) Exstant adhuc fragmenta quaedam Geographica Dicaearchi, ab Hudsono inter Geograph. minores edita.

δοχον Θεοφραϛον, αυτου δοξαν μεγαλην εν τοις ακροαταις του Αριϛοτελους εχοντος· γεγονε δε επι των Αλεξανδρου και των μετεπειτα χρονων, συγχρονος Δικαιαρχῳ τῳ Μεσσηνιῳ. συνεταξατο δε μουσικα *) τε και φιλοσοφα, και ἱϛοριας και παντος ειδους παιδειας βιβλια.

Ex Platonis schola Ponticus Heraclides puerilibus fabulis refersit libros; et deum modo mundum, tum mentem divinam esse putat: errantibus etiam stellis divinitatem tribuit, sensuque deum privat, et ejus formam mutabilem esse vult: eodemque in libro rursus terram et coelum refert in deos. Nat. d. 1, 13.

Ponticus Heraclides doctus vir, auditor et discipulus Platonis fuit. Div. 1, 23.

Ἡρακλειδης Ευθυφρονος, Ἡρακλεωτης του Ποντου, ανηρ πλουσιος. Αθηνῃσι δε παρεβαλε πρωτον μεν Σπευσιππῳ· αλλα και των Πυθαγορειων διηκουσε και τα Πλατωνος εξηλωκει και ὑϛερον ηκουσεν Αριϛοτελους. Diog. L. 5, 86.

Nemini video Graecorum adhuc contigisse, ut idem utroque in genere laboraret, sequereturque et illud forense dicendi, et hoc quietum disputandi genus; nisi forte Demetrius Phalereus in hoc numero haberi potest, disputator subtilis, orator parum vehemens, dulcis tamen, ut Theophrasti discipulum possis agnoscere. Off. 1, 1. Itaque delectabat magis Athenienses, quam inflammabat. Brut. 9. A Theophrasto autem institutus Demetrius mirabiliter doctrinam ex umbraculis eruditorum otioque non modo in solem atque pulverem, sed in ipsum discrimen Leg. 3, 6.

*) Exstat adhuc Aristoxeni liber περι ϛοιχειων ἁρμονικων, quem cum aliis ejusdem argumenti libris ed. Meibom, Amst. 1652.

men aciemque produxit. Nam et mediocriter doctos magnos in republica viros, et doctissimos homines non nimis in rep. versatos multos commemorare possumus. Qui vero utraque re excelleret, ut et doctrinae studiis et regenda civitate princeps esset, quis facile praeter hunc inveniri potest?

Leg. 2, 26. Ait idem Demetrius, increbuisse eam funerum sepulcrorumque magnificentiam, quae nunc fere Romae est. Quam consuetudinem lege minuit ipse. Fuit enim hic vir non solum eruditissimus, sed etiam civis e republica maxime, tuendaeque civitatis peritissimus. Fin. 5, 19. Qui quum patria pulsus esset injuria, ad Ptolemaeum se regem Alexandriam contulit: quumque in philosophia excelleret, Theophrastique esset auditor, multa praeclara in illo calamitoso otio scripsit, non ad usum aliquem suum, quo erat orbatus, sed animi cultus erat ei quasi quidam humanitatis cibus. p. Rabir. P. c. 9. *Tandem* vir hic, et ex republica Athenis, quam optime digesserat, et ex doctrina nobilis et clarus, in eodem isto Aegypti regno, aspide ad corpus admota, vita est privatus.

Fin. 2, 3. Or. 57. Teneesne, HIERONYMUS Rhodius, Peripateticus inprimis nobilis, quod dicat esse summum bonum, quo putet omnia referri oportere? Teneo, inquit (*Torquatus Epicureus*), finem illi videri nihil dolere. Quid? idem iste de voluptate quid sentit? Negat esse eam, inquit, propter se ipsam expetendam. Aliud igitur esse censet gaudere, aliud non dolore. Et quidem, inquit, vehementer errat. Nam ut paullo ante docui (*l. 1. de Fin.*), augendae voluptatis finis est doloris omnis amotio.

Div. 1, 3. CRATIPPUS familiaris noster, quem ego parem summis Peripateticis judico, somniis et furori fidem tribuit, reliqua divinationis genera rejecit.

Cicero

Cicero filius scribit ad Tironem: Cratippo me scito, non ut discipulum, sed ut filium esse conjunctissimum. Nam quum audio illum libenter, tum etiam propriam ejus suavitatem vehementer amplector. Sum totos dies cum eo, noctisque saepenumero partem. Exoro enim, ut mecum quam saepissime coenet. Hac introducta consuetudine, saepe inscientibus nobis et coenantibus obrepit, sublataque severitate philosophiae, humanissime nobiscum jocatur. Quare da operam, ut hunc talem, tam excellentem virum videas quam primum. ad Fam. 16, 21.

XIII. CYNICI
quorum auctor fuit
ANTISTHENES.

Ab Antisthene, qui patientiam et duritiam in Socratico sermone maxime adamarat, Cynici primum, deinde Stoici manarunt. de Or. 3, 17.

Αντισθενης διελεγετο εν τῳ Κυνοσαργει, γυμνασιῳ μικρον απωθεν των πυλων. όθεν τινες και την Κυνικην φιλοσοφιαν φασιν εντευθεν ονομασθηναι. Και πρωτος εδιπλωσε τον τριβωνα, και μονῳ αυτῳ εχρητο· βακτρον τε ανελαβε και πηραν. Diog. L. 6, 13.

Antisthenes in eo libro, qui physicus inscribitur, populares deos multos, naturalem unum esse dixit. Nat. d. 1, 13.

Illius Κυρος mihi sic placuit, ut cetera Antisthenis, hominis acuti magis quam eruditi. ad Att. 12, 38.

Non audiendi sunt Cynici, aut siqui fuerunt Stoici paene Cynici, qui reprehendunt et irrident, quod ea, quae turpia re non sint, nominibus ac verbis flagitiosa dicamus: illa autem, quae turpia sint, nominibus appellemus suis. Latrocinari, fraudare, adulterare, re turpe est; sed dicitur non obscoene: liberis dare operam, re honestum est, no- Off. 1, 35.

nomine obscoenum: pluraque in eam sententiam ab eisdem contra verecundiam disputantur. Nos autem naturam sequamur, et ab omni, quod abhorret ab oculorum auriumque approbatione, fugiamus. Status, incessus, sessio, accubitio, vultus, oculi, manuum motus teneant illud decorum.
Off. 1, 41. — Cynicorum vero ratio tota est ejicienda. Est enim inimica verecundiae, sine qua nihil rectum
Fin. 3, 20. esse potest, nihil honestum. *Attamen* Cynicorum rationem atque vitam alii cadere in sapientem dicunt, si quis ejusmodi forte casus inciderit, ut id faciendum sit; alii nullo modo.

Diog. L. 6, 103. *Αρεσκει τοις Κυνικοις τον λογικον και τον φυσικον τοπον περιαιρειν· μονῳ δε προσεχειν τῳ ηθικῳ.—Περιαιρουσι δε και γεωμετριαν και μουσικην, και παντα τα τοιαυτα.— Αρεσκει δ᾽ αυτοις και τελος* (finem bonorum) *ειναι το κατ᾽ αρετην ζην (ὡς Αντισθενης φησι εν τῳ Ἡρακλει)* (1), *ὁμοιως τοις Στωϊκοις· επει και κοινωνια τις ταις δυσι ταυταις αἱρεσεσιν εςιν, ὁθεν και τον Κυνισμον ειρηκασι συντομον επ᾽ αρετην ὁδον.— Αρεσκει δ᾽ αυτοις και λιτως βιουν, αυταρκεσι χρωμενοις σιτοις, και τριβωσι μονοις, πλουτου και δοξης και ευγενειας καταφρονουσιν· ενιοι τε γουν και βοτανοις, και πανταπασιν ὑδατι χρωνται ψυχρῳ, σκεπαις τε ταις τυχουσαις και πιθοις· καθαπερ Διογενης* (2), *ὁς εφασκε θεων μεν ιδιον ειναι, μηδενος δεισθαι· των δε θεοις ὁμοιων, το ολιγων χρηζειν. Αρεσκει δε αυτοις, και την αρετην διδακτην ειναι, καθα φησιν Αντισθενης εν τῳ Ἡρακλει, και αναποβλητον ὑπαρχειν· αξιεραςον τε τον σοφον και αναμαρτητον, και φιλον τῳ ὁμοιῳ, τυχῃ δε μηδεν.*

(1) Librum hunc laudat etiam Diogenes L. (6, 16) inter multa alia Antisthenis scripta.

(2) Dolium Diogenis fabulis annumerandum esse probarunt Heumannus in Act. phil. Vol. II. et Brucker Hist. phil. Tom. I. p. 872.

μηδεν επιτρεπειν· τα δε μεταξυ αρετης και κακιας αδιαφορα λεγουσιν.

Lucianus in festivo illo dialogo, quo philosophos auctionis lege vendit, Cynicae quoque vitae luculentam depingit imaginem. Ita autem colloquuntur Mercurius, Emtor, atque philosophus Cynicus:

Mercur. *Ουδεν αυτω μελει της πρασεως. οιεται ειναι παντάπασιν ελευθερος.* — Emtor: *Τι δ' αν τις αυτω χρησαιτο ρυπωντι και ουτω κακοδαιμονως διακειμενω; πλην ει μη σκαπανεα γε και υδροφορον αυτον αποδεικτεον.* — Merc. *Ου μονον, αλλα και ην θυρωρον αυτον επιστησης, πολυ πιστοτερω χρηση των κυνων· αμελει κυων αυτω και τουνομα.* — Emt. *Ποδαπος δε εστι, και τινα την ασκησιν επαγγελλεται;* — Merc. *Αυτον ερου.* — Emt. *Δεδια το σκυθρωπον αυτου και κατηφες, μη με υλακτηση προσελθοντα, η και, νη Δια, δακη γε· ουχ ορας, ως διηρκε το ξυλον, και συνεσπακε τας οφρυς, και απειλητικον τι και χολωδες υποβλεπει;* — Merc. *Μη δεδιθι· τιθασσος γαρ εστι.* — Emt. *Το πρωτον, ω βελτιστε, ποδαπος ει;* — Cynicus: *Παντοδαπος.* — Emt. *Πως λεγεις;* — Cyn. *Του κοσμου πολιτην ορας.* Emt. *Ζηλοις δε τινα;* Cyn. *Τον Ηρακλεα.* Emt. *Τι ουν ουχι και λεοντην αμπεχη; το μεν γαρ ξυλον εοικας αυτω.* Cyn. *Τουτι μοι λεοντη το τριβωνιον· στρατευομαι δε, ωσπερ εκεινος, επι τας ηδονας, ου κελευστος, αλλ' εκουσιος, εκκαθαραι τον βιον προαιρουμενος.* — Emt. *Αλλα τι μαλιστα ειδεναι σε φωμεν; η τινα την τεχνην εχεις;* Cyn. *Ελευθερωτης ειμι των ανθρωπων και ιατρος των παθων. το δ' ολον αληθειας και παρρησιας προφητης ειναι βουλομαι.* — Emt. *Αγε, ω προφητα, ην δε πριωμαι σε, τινα με τον τροπον διασκησεις;* Cyn. *Πρωτον μεν παραλαβων σε και αποδυσας την τρυφην, και απορια συγκατακλεισας, τριβωνιον περιβαλω. μετα δε, πονειν και καμνειν καταναγκασω, χαμαι καθευδοντα και υδωρ πινοντα. και ων ετυχε πιμπλαμενον. τα δε χρηματα, ην εχης, εμοι πειθομενος ες την θαλασσαν

σαν φερων εμβαλεις· γαμου δ' αμελησεις, και πατριδος, και παντα σοι ληρος εςαι. και την πατρωαν οικιαν απολιπων η ταφον οικησεις, η πυργιον ερημον η και πιθον. ἡ πηρα δε σοι θερμων εςαι μεςη· και ὑτως εχων, ευδαιμονεςερος ειναι φησεις του Μεγαλου βασιλεως (Persarum). ην μαςιγοι δε τις η ςρεβλοι, τουτων ὑδεν ανιαρον ἡγηση. — Ἁ δε μαλιςα δει προσειναι, ταυτα εςιν· ιταμον χρη ειναι και θρασυν, και λοιδορεισθαι πασιν ἑξης και βασιλευσι και ιδιωταις. ὑτω αποβλεψονται σε και ανδρειον ὑπολημψονται· βαρβαρος δε ἡ φωνη εςαι και απηχες το φθεγμα και ατεχνως ὁμοιον κυνι. και προσωπον δε εντεταμενον, και βαδισμα τοιουτῳ προσωπῳ πρεπον· και ὁλως θηριωδη τα παντα και αγρια. αιδως δε και επιεικεια και μετριοτης απεςω, και το ερυθριαν αποξυσον του προσωπου παντελως. διωκε δε τα πολυανθρωποτατα των χωριων και εν αυτοις τουτοις μονος και ακοινωνητος ειναι θελε, μη φιλον μη ξενον προσιεμενος. — Και ρᾳςα γε ταυτα και πασιν ευχερη μετελθειν· ου γαρ σοι δεησει παιδειας και λογων και ληρων, αλλ' επιτομος αὑτη σοι προς δοξαν ἡ ὁδος. και ιδιωτης γαρ αν ης ηται σκυτοδεψης η ταριχοπωλης, η τεκτων, η τραπεζιτης, ουδεν σε κωλυσει θαυμασιον ειναι, ην μονον ἡ αναιδεια και το θρασος παρη, και λοιδορεισθαι καλως εκμαθης.

Meliorem tamen veri Cynici imaginem idem Lucianus tradidit alio dialogo qui Cynicus inscriptus est. Colloquuntur Lucianus et Cynicus.

Lucian: *Τι ποτε, ω ὑτος, πωγωνα μεν εχεις και κομην, χιτωνα δε ουκ εχεις, και γυμνοδερκης και ανυποδητεις, τον αλητην και απανθρωπον βιον και θηριωδη επιλεξαμενος, και περινοσεις αλλοτε αλλαχου, και ευναζομενος επι ξηρου δαπεδου, ὡς αυχην παμπολλην τουτι το τριβωνιον φερειν, ὑ μεν τοι και τυτο λεπτον, ὑδε μαλακον ουδε ανθηρον.* Cynicus: *Ουδε γαρ δεομαι. τοιυτον δε, ὁποιον αν πορισθειη ρᾳςα, και τῳ κτησαμενῳ πραγματα ὡς ελαχιςα παρεχοι· τοιουτον γαρ αρκει μοι. —*

Οἱ

Οἱ παλαιοι αμεινους ησαν ὑμων. — ὑγροτητα και λειοτητα σαρκος γυναιξὶ πρεπειν ἡγουντο· αυτοι δ' ὥσπερ ησαν, και φαινεσθαι ανδρες ηθελον. και τον πωγωνα κοσμον ανδρὸς ενομιζον, ὥσπερ και ἱππου χαιτην και λεοντων γενεια. — εκεινους ουν εγω ζηλω τους παλαιους, και εκεινους μιμεισθαι βουλομαι. τους δε νυν ου ζηλω της θαυμαςης ταυτης ευδαιμονιας, ἣν εχουσι, και περι τραπεζας και εσθητας. — ευχομαι δε μοι τους μεν ποδας ὁπλων ἱππειων ουδεν διαφερειν. αυτος δε μη δεισθαι ςρωματων, ὥσπερ οἱ λεοντες· ουτε τροφης δεισθαι πολυτελους μαλλον η οἱ κυνες. ειη δε μοι, γην μεν ἁπασαν ευνην αυταρκη εχειν, οικον δε τον κοσμον νομιζειν, τροφην δε αἱρεισθαι την ρᾳςην πορισθηναι. χρυσου δε και αργυριου μη δεηθειην. παντα γαρ τα κακα τοις ανθρωποις εκ των τουτων επιθυμιας φυονται. — Τοιαυτα σοι τα γε ἡμετερα, πολυ δηπου διαφωνα τοις των πολλων βουλημασι. και θαυμαςον ουδεν, ει τῳ σχηματι διαφερομεν αυτων, ὁποτε και τῃ προαιρεσει τοσουτον διαφερομεν. — Ὑμεις μεν φερεσθε ὥσπερ τα φορτια, οἱ μεν ὑπ' ανθρωπων, οἱ δε ὑπο κτηνων· εμε δε οἱ ποδες φερουσιν, ὁποι περ αν δεωμαι· κᾀγω μεν ἱκανος και ριγος ανεχεσθαι και θαλπος φερειν, και τοις των θεων εργοις μη δυσχεραινειν, διοτι αθλιος ειμι. ὑμεις δε δια την ευδαιμονιαν ουδενι των γενομενων αρεσκεσθε και παντα μεμφεσθε. και τα μεν παροντα φερειν ουκ εθελετε, των δε αποντων εφιεσθε· χειμωνος μεν ευχομενοι θερος, θερους δε χειμωνα. — Ὁ δε τριβων, οὗ καταγελατε, και ἡ κομη, καὶ το σχημα τοὐμον τηλικαυτην εχει δυναμιν, ὡςε παρεχειν μοι ζην εφ' ἡσυχιας, και πραττοντι ὅ, τι βουλομαι και συνοντι οἷς βουλομαι. των γαρ αμαθων ανδρων ουδεις αν εθελοι μοι προσιεναι δια το σχημα· προσιασι δε οἱ επιεικεςατοι, και αρετης επιθυμουντες. — Θεοι μεν ουδενος, οἱ δ' εγγιςα θεων, ελαχιςων δεονται.

Epictetus apud Arrianum multa in laudem Cy- **Arrian. 3, 22.**

 nismi

nismi differit, ex quibus nonnulla decerpam. Τον Κυνικον ειδεναι δει, ὁτι αγγελος απο του Διος απεςαλται προς τους ανθρωπους περι αγαθων και κακων, ὑποδειξων αυτοις ὁτι πεπλανηνται, και αλλαχου ζητουσι την ουσιαν του αγαθου και του κακου ὁπου ουκ

l. 4, 8. εςιν· ὁπου δ' εςιν, ουκ ενθυμουνται. — Τοιουτος εςιν ὁ Κυνικος, του σκηπτρου και διαδηματος ηξιωμενος παρα του Διος, και λεγων· Ἱν' ιδητε, ω ανθρωποι, ὁτι την ευδαιμονιαν και αταραξιαν ουχ ὁπου εςι ζητειτε, αλλ' ὁπου μη εςιν, ιδου εγω ὑμιν παραδειγμα ὑπο του θεου απεςαλμαι, μητε κτησιν εχων, μητε οικον, μητε γυναικα, μητε τεκνα, αλλα μηδ' ὑποςρωμα, μηδε χιτωνα, μηδε σκευος· και ιδετε, πως ὑγιαινω· πειρασθητε μου· καν ιδητε αταραχον, ακουσατε τα

ib. 3, 22. φαρμακα, και ὑφ' ὡν εθεραπευθην. — Ιδετε με, ὁτι απολις ειμι, αοικος, ακτημων, αδουλος, χαμαι κοιμωμαι· ου γυνη, ου παιδια, ου πραιτωριδιον, αλλα γη μονον και ουρανος και ἑν τριβωναριον. και τι μοι λειπει; ουκ ειμι αλυπος; ουκ ειμι αφοβος; ουκ ειμι ελευθερος; ποτε ὑμων ειδε με τις εν ορεξει αποτυγχανοντα; ποτ' εμεμψαμην η θεον η ανθρωπον; ενεκαλεσα τινι; μη τις ὑμων εσκυθρωπακοτα με ειδε; πως δ' εντυγχανω τουτοις, οὑς ὑμεις φοβεισθε και θαυμαζετε; ουχ ὡς ανδραποδοις; τις με ιδων, ουχι τον βασιλεα τον ἑαυτου ὁραν οιεται και δεσποτην; Ιδε Κυνικαι φωναι, ιδε χαρακτηρ, ιδ' επιβολη. — Και γαρ τουτο λιαν κομψον τῳ Κυνικῳ παραπεπλεκται. δαιρεσθαι δει αυτον ὡς ονον, και δαιρομενον φιλειν αυτους τους δαιροντας, ὡς πατερα παντων, ὡς αδελφον. — Και μη γαμησει, η παιδοποιησεται. παντας ανθρωπους πεπαιδοποιηται, τους ανδρας υἱους εχων, τας γυναικας θυγατερας, πασιν οὑτω προσερχεται, οὑτω παντων κηδεται. η συ δοκεις, ὑπο περιεργιας λοιδορεισθαι τοις απαντωσιν; ὡς πατηρ αυτο ποιει, ὡς αδελφος, και του κοινου πατρος ὑπηρετης του Διος. — Και δει αυτον πασιν ανθρωποις διαλεγεσθαι, επισης μεν

Αθη-

Αθηναιοις, επισης δε Κορινθιοις, επισης δε Ρωμαιος· ου περι πορων, ουδε περι προσοδων, αλλα περι ευδαιμονιας και κακοδαιμονιας. — δει δε αυτον ου μονον τα της ψυχης επιδεικνυοντα παριςανειν τοις ιδιωταις, ὁτι ενδεχεται διχα των θαυμαζομενων ὑπ᾽ αυτων ειναι καλον και αγαθον· αλλα και δια του σωματος ενδεικνυσθαι, ὁτι ἡ αφελης και λιτη και ὑπαιθριος διαιτα ουδε το σωμα λυμαινεται. ιδου και τουτου μαρτυς ειμι εγω, και το σωμα το εμον.

Imperator quoque Julianus Cynismum duabus Orationibus collaudavit, unde adjiciam adhuc quaedam. Ἡγεμονα των Κυνικων ου ῥᾳδιον εὑρειν· ει και τινες ὑπολαμβανουσιν Αντισθενει τουτο και Διογενει προσηκειν· τουτο γουν εοικεν Οινομαος (qui et ipſe Cynicus fuit Hadriani tempore) ουκ ατοπως λεγειν· Ὁ Κυνισμος ουτε Αντισθενισμος εςι, ουτε Διογενισμος. Λεγουσι μεν γαρ οἱ γενναιοτεροι των Κυνων, ὁτι ὁ μεγας Ἡρακλης, ὡσπερ ουν των αλλων αγαθων ἡμιν τις αιτιος κατεςη, οὑτω δε και τουτου του βιου παραδειγμα το μεγιςον οὑτος κατελιπεν ανθρωποις. — Της Κυνικης δε φιλοσοφιας σκοπος μεν εςι και τελος, ὡσπερ δη και πασης φιλοσοφιας, το ευδαιμονειν· το δε ευδαιμονειν εν τῳ ζην κατα φυσιν, αλλα μη προς τας των πολλων δοξας. — Χρη δε τον αρχομενον Κυνιζειν, αὑτῳ προτερον επιτιμαν πικρως, και εξελεγχειν, και μη κολακευειν· αλλα εξεταζειν ὁτι μαλιςα αὑτον ακριβως, ει τη πολυτελειᾳ των σιτιων χαιρει, ει ςρωμνης δειται μαλακης, ει τιμης η δοξης εςιν ἡττων. — γευεσθω δε τρυφης μηδε ακρῳ τῳ δακτυλῳ, ἑως αυτην παντελως πατησει. τοτε ηδη και των τοιουτων, αν προσπιπτη, θιγειν ουδεν κωλυει. — Ὁςις ουν Κυνιζειν εθελει, μητε τον τριβωνα, μητε την πηραν, μητε την βακτηριαν και την κομην αγαπατω μονον. — Ὁςις Κυνικος ειναι εθελει, παντων ὑπεριδων των νομισματων και των ανθρωπινων δοξων εις ἑαυτον και τον θεον επεςραπται προτερον. εκεινῳ το χρυσιον ουκ εςι

Julian. Or. VI. p. 187 ſqq.

p. 193.

Orat. 7. p. 225.

χρυ-

χρυσιον, ουχ ἡ ψαμμος ψαμμος. γην γαρ αυτα οιδεν αμφοτερα. — Το αισχρον η καλον ουκ εν τοις επαινουμενοις η ψεγομενοις τιθεται, αλλ' εν τη φυσει. φευγει τας περιττας τροφας· αποςρεφεται δε τα αφροδισια.

Suidas. ΔΙΟΓΕΝΗΣ, Ἱκεσιου υἱος, τραπεζιτου, Σινωπευς. ὁς φυγων την πατριδα δια το παρακοψαι νομισμα ηλθεν εις Αθηνας, και Αντισθενει παραβαλων τω Κυνικω, ηρασθη του εκεινου βιου, και την Κυνικην φιλοσοφιαν ησπασατο, πολλης ουσης αυτω ὑπεριδων ουσιας. γηραιος δε ων ὑπο πειρατου Σκιρταλου εληφθη, και επραθη Ξενιαδη τινι. κηρυττομενος γαρ και ερωτωμενος, τι ειδειη, Αρχειν ανθρωπων, εφη. και θεασαμενος Κορινθιον πλουσιον ανθρωπον και ασωτον, Τουτω με, εφη, πωλησον· δεσποτου γαρ δειται. ὁ δε ωνειται και εις Κορινθον αγει, και των παιδων αποδεικνυσι παιδαγωγον· ελεγε δε, δαιμονα αγαθον εις την οικιαν εισεληλυθεναι. Και παρα τουτω διεμεινεν, ουχ ἑλομενος λυθηναι ὑπο των Αθηναιων η των οικειων φιλων. εν πιθω δε διετριβεν. επι δε της ΡΙΓ (CXIII) Ολυμπιαδος κατεςρεψε τον βιον, δηχθεις ὑπο κυνος το σκελος, και θεραπειας ὑπεριδων, κατα την αυτην ἡμεραν, ὁτε και ὁ Μακεδων Αλεξανδρος εν Βαβυλωνι απεθανεν. —

id. in φιλισκος. Τελευτησας δε εν Κορινθω κειται, και κυων εςιν επι τω μνηματι. ετιμηθη δε εικονι παρα Σινωπεων και εν επιγραμματι·

Γηρασκει και χαλκος ὑπο χρονου· αλλα σον ουτι
Κυδος ὁ πας αιων, Διογενες, καθελει,
Μουνος επει βιοτης αυταρκεα δοξαν εδειξας
Θνητοις και ζωης οιμον ελαφροτατην.

Hieron. adv. Jovin. Quum discipulorum Antisthenes nullum reciperet, et perseverantem Diogenem removere non posset, novissime clava minatus est, nisi abiret. Cui ille subjecisse dicitur caput, atque dixisse: nullus tam durus baculus erit, qui me a tuo possit obsequio separare.

Dio-

Diogenes liberius, ut Cynicus, Alexandro roganti, ut diceret ſiquid opus eſſet: Nunc quidem paullulum, inquit, a ſole. Offecerat videlicet apricanti. Tuſc. 5, 32.

Εις τον Ισθμον των Ἑλληνων συλλεγεντων, και ψηφισαμενων επι Περσας μετ' Αλεξανδρου ςρατευειν, ἡγεμων ανηγορευθη Αλεξανδρος. πολλων δε και πολιτικων ανδρων και φιλοσοφων απηντηκοτων αυτῳ και συνηδομενων, ηλπιζε και Διογενη τον Σινωπεα ταυτο ποιησειν, διατριβοντα περι Κορινθον. ὡς δε εκεινος, ελαχιςον Αλεξανδρου λογον εχων, εν τῳ Κρανειῳ (γυμνασιῳ προ της Κορινθȣ) σχολην ηγεν, αυτος επορευετο προς αυτον. ετυχε δε κατακειμενος εν ἡλιῳ, και μικρον μεν ανεκαθισεν, ανθρωπων τοσουτων επερχομενων, και διεβλεψεν εις τον Αλεξανδρον· ὡς δε εκεινος ασπασαμενος και προσειπων αυτον ηρωτησεν, ει τινος τυγχανει δεομενος· Μικρον, ειπεν, απο του ἡλιου μεταςηθι. Προς τουτο λεγεται τον Αλεξανδρον ȣτω διατεθηναι, και θαυμασαι καταφρονηθεντα την ὑπεροψιαν και το μεγεθος του ανδρος, ὡςε, των περι αυτον, ὡς απηεσαν, διαγελωντων και σκωπτοντων, Αλλα μην εγω, ειπεν, ει μη Αλεξανδρος ημην, Διογενης αν ημην. Plutarch. in Alex.

Diogenes diſputare ſolebat, quanto regem Perſarum vita fortunaque ſuperaret: ſibi nihil deeſſe, illi nihil ſatis unquam fore; ſe ejus voluptates non deſiderare, quibus nunquam ſatiari ille poſſet, ſuas eum conſequi nullo modo poſſe. Tuſc. 1, 32.

Τοσαυτη ην σπȣδη θειοις ανδρασι προς το περιττον ἁπαν αποσκευασασθαι, ὡςε τον Διογενην φασι σκυφος ξυλινον αει περιφεροντα εν τη πηρᾳ, ᾡ το ὑδωρ αρυομενος επινεν, επειδη ποταμον διαβαινων εθεασατο τινα ταις χερσιν αρυομενον και πινοντα, ριψαι το σκυφος εις τον ποταμον ειποντα, μηκετι δεισθαι αυτου, των χειρων την χρειαν ποιουσων. Simplic. ad Epictet.

Diogenes Cynicus dicere ſolebat, Harpalum, qui temporibus illis praedo felix habebatur, contra Nat. d. 3 34.

 deos

deos teſtimonium dicere, quod in illa fortuna tam diu viveret.

Tuſc. 1, 43. Diogenes, de ſepultura idem ſentiens quod Socrates, qui ſe oſtendit de hoc toto genere nihil laborare, ſed ut Cynicus aſperius, projici ſe juſſit inhumatum. Tum amici: Volucribusne et feris? Minime vero, inquit, ſed bacillum propter me, quo abigam, ponitote. „Qui poteris? illi; non enim ſenties.“ Quid igitur mihi ferarum laniatus oberit nihil ſentienti?

Julian. Orat. 7. p. 212. *Ου μονον εν τοις λογοις ην Διογενης θεοσεβης, αλλα γαρ και εν τοις εργοις. ἑλομενον γαρ αυτον οικειν τας Αθηνας, επειδη το δαιμονιον εις την Κορινθον απηγαγεν, αφεθεις ὑπο του πριαμενου, την πολιν ουκ ετ' ωηθη δειν εκλιπειν. επεπειςο γαρ, αυτου τοις θεοις μελειν, εις τε την Κορινθον ου ματην, ουδε κατα τινα συντυχιαν, τροπον δε τινα ὑπο των θεων εισπεπεμφθαι· ὁρων την πολιν τρυφωσαν των Αθηναιων μαλλον, και* Orat. 6. p. 199. *δεομενην μειζονος και γενναιοτερου σωφρονιςου. — Ει δε, ὁτι μηδε εθεραπευε τους νεως, μηδε τους βωμους, οιεται τις αθεοτητος ειναι σημειον, ουκ ορθως νομιζει. ην γαρ ουδεν αυτω των τοιουτων, ου λιβανωτος, ου σπονδη, ουκ αργυριον, ὁθεν αυτα πριαιτο· ει δε ενοει περι θεων ορθως, ηρκει τουτο μονον. Αυτη γαρ αυτους εθεραπευσε τη ψυχη, διδους, οιμαι, τα τιμιωτατα των ἑαυτου, το καθοσιωσαι την ἑαυτου ψυχην δια των εν-* Orat. 7. p. 238. *νοιων. — Και ουκ εμυηθη Διογενης, αλλα και προς τον προτρεπομενον εκμυηθηναι, Γελοιον, ειπεν, ω νεανισκε, ει τους μεν τελωνας οιει ταυτης ἑνεκα της τελετης κοινωνησειν τοις θεοις των εν ᾁδου καλων, Αγησιλαον δε και Επαμινωνδαν εν τω βορβορω κεισθαι. φαινεται δε ὁ Διογενης ουχ, ὡσπερ ὑμεις αξιουτε, δυσσεβης· αλλα συνεις, ὁτι τον μυουμενον εχρην πολιτογραφηναι προτερον, και Αθηναιον, ει και μη φυσει, τω νομω δε γενεσθαι, τουτο εφυγεν, ου το μυηθηναι· νομιζων αὑτον ειναι του κοσμου πολιτην.*

Inter

Inter Diogenis successores nemo magis innotuit, quam Crates cum uxore Hipparchia, de quibus ita Apulejus:

Crates ille, Diogenis sectator, ut lar familiaris apud homines aetatis suae Athenis cultus est. Nulla domus ei unquam clausa erat; nec erat patrisfamilias tam absconditum secretum, quin eo tempestive Crates intervenerit, litium omnium et jurgiorum inter propinquos disceptator atque arbiter. Quod Herculem olim poetae memorant, monstra illa immania hominum ac ferarum virtute subegisse, orbemque terrae purgasse: similiter adversum iracundiam et invidiam, atque avaritiam, atque libidinem, ceteraque animi humani monstra et flagitia, philosophus iste Hercules fuit; eas omnes pestes mentibus exegit, familias purgavit, malitiam perdomuit, seminudus et ipse et clava insignis, etiam Thebis oriundus, unde Herculem fuisse memoria exstat. Igitur priusquam plane Crates factus, inter proceres Thebanos numeratus est: lectum genus, frequens famulitium, domus amplo ornata vestibulo, ipse bene vestitus, bene praediatus: post intellexit omnia fluxa infirmaque esse. Denique in forum exsilit; rem familiarem largam et uberem populo donavit et abjecit, velut onus stercoris, magis labori quam usui. Dein coetu facto maximum exclamat: Crates Cratetem manumittit. Exinde non modo solus, verum nudus et liber omnium, quoad vixit, beate vixit. Adeoque is cupiebatur, ut virgo nobilis, spretis junioribus ac ditioribus procis, ultro eum sibi optaverit. Quumque interscapilium Crates retexisset, quod erat aucto gibbere, peramque cum baculo et pallium humi posuisset, eamque supellectilem sibi esse, puellae profiteretur,

Florid. I. IV.

ib. I. 2. et Apolog. I.

eamque formam, quam viderat: proinde ſedulo conſuleret, ne poſt querela eam caperet: enimvero HIPPARCHE conditionem accipit. Jamdudum ſibi proviſum ſatis et ſatis conſultum reſpondit; neque ditiorem maritum, neque formoſiorem uspiam gentium poſſe invenire; proinde duceret, quo liberet.

Julian. Orat. 6. p. 199. *Ὁ Κρατης πεποιηκεν ὑμνον εις την ευτελειαν·*

Χαιρε θεα δεσποινα, σοφων ανδρων αγαπημα,
Ευτελεια, κλεινης εγγονε σωφροσυνης.

Και εκ των παιγνιων Κρατητος ολιγα σοι παραγραφω·

Μνημοσυνης και Ζηνος Ολυμπιου αγλαα τεκνα,
Μουσαι Πιεριδες, κλυτε μοι ευχομενῳ.
Χορτον αει συνεχως δοτε γαστερι, ἡτε μοι αιει
Χωρις δουλοσυνης λιτον εθηκε βιον.
Ωφελιμον δε φιλοις, μη γλυκερον τιθετε.
Χρηματα δ' ουκ εθελω συναγειν κλυτα· κανθαρου ολβον,
Μυρμηκος τ' αφενος, χρηματα μαιομενος.
Αλλα δικαιοσυνης μετεχειν, και πλουτον αγινειν
Ευφορον, ευκτητον, τιμιον εις αρετην.
Των δε τυχων, Ἑρμην και Μουσας ἱλασομ' ἁγνας
Ου δαπαναις τρυφεραις, αλλ' αρεταις ὁσιαις.

Ib. p. 201. *Και εδημοσιευε Κρατης την ουσιαν· ειτα, εις το σωμα βλαβεις, εσκωπτεν ἑαυτον την χωλοτητα του σκελους και το κυρτον των ωμων. επορευετο δε επι τας των φιλων ἑστιας, ακλητος, κεκλημενος, διαλλασσων τους οικειοτατους αλληλοις, ειποτε στασιαζοντας αισθοιτο. επετιμα δε ου μετα πικριας, αλλα μετα χαριτος. ουχ ἱνα συκοφαντειν δοκῃ τους σωφρονισθεντας, ωφελειν δε εθελων αυτους τε εκεινους και τους ακουοντας.*

XIV.

XIV. STOICI
quorum auctor fuit
ZENO.

Fuit quidam summo ingenio vir, Zeno, cujus inventorum aemuli Stoici nominantur: homo mehercule acutus, etsi Academiae nostrae cum eo magna rixa est. p. Muren. c. 29. Fam. 9, 22.

Ζηνων, Κιτιευς (πολις δε εςι Κυπρου το Κιτιον) φιλοσοφος, ὃς ηρξε της Στωϊκης αἱρεσεως. επεκληθη δε και αυτος Στωϊκος, δια το εν τη ςοᾳ τη εν Αθηναις διδαξαι αυτον, ἡτις Ποικιλη εκληθη. μαθητης δε ην Κρατητος του Κυνικου· ειτα Πολεμωνος του Αθηναιυ. Suidas.

Zeno Cittieus, advena quidam et ignobilis verborum opifex insinuasse se in antiquam philosophiam videtur. Tusc. 5, 12. — Polemonem audiverant assidue Zeno et Arcesilas. Sed Zeno quum Arcesilam anteiret aetate, valdeque subtiliter dissereret, et peracute moveretur; corrigere conatus est disciplinam *(veteris Academiae)*. Ac. 1, 9. *Sed* existimo, veteres illos Platonis auditores, Speusippum, Aristotelem, Xenocratem: deinde horum, Polemonem, Theophrastum, satis et copiose et eleganter habuisse constitutam disciplinam, ut non esset causa Zenoni, quum Polemonem audisset, cur et ab eo ipso et a superioribus dissideret. Fin. 4, 2. *Verum* non tam rerum inventor fuit, quam novorum verborum (¹). Fin. 3, 2.

Zenonis est hoc Stoici: omnem vim loquendi, ut jam ante Aristoteles, in duas tributam esse partes; rhetoricam palmae, dialecticam pugno similem esse dicebat, quod latius loquerentur rhetores, dialectici autem compressius. Fin. 2, 6.

(1) Fusius hoc ostendit Cicero L. 4 de Fin. c. 2 — 10, ubi veteris Academiae et Peripateticorum doctrinam cum Stoicorum ratione comparat.

Ac. 1, 11. Plurima in illa philosophiae parte, quae erat in ratione et in differendo, mutavit, in qua primum de sensibus ipsis quaedam dixit nova: quos punctos esse censuit a quadam quasi impulsione oblata extrinsecus: quam ille φαντασιαν, nos visum appellemus licet. Sed ad haec, quae visa sunt, et quasi accepta sensibus, assensionem adjungit animorum: quam esse vult in nobis positam, et voluntariam. Visis non omnibus adjungebat fidem, sed iis solum, quae propriam quandam haberent declarationem earum rerum quae viderentur (2); id autem visum, quum ipsum per se cerneretur (3), comprehensibile. (Feretis haec? Nos vero, inquit Atticus: quonam enim modo κατάληπτον diceres?) Sed quum acceptum jam et approbatum esset, comprehensionem appellabat, similem iis rebus, quae manu prenderentur; ex quo etiam nomen hoc duxerat, quum eo verbo antea nemo tali in re usus esset: plurimisque idem novis verbis (nova enim dicebat) usus est. Quod autem erat sensu comprehensum, id ipsum sensum appellabat, et si ita erat comprehensum, ut convelli ratione non posset, scientiam: sin aliter, inscientiam nominabat: ex qua exsisteret etiam opinio, quae esset imbecilla et cum falso incognitoque communis. Sed inter scientiam et inscientiam comprehensionem illam, quam dixi, collocabat, eamque neque in rectis neque in pravis numerabat, sed soli credendum esse dicebat; e quo sensibus etiam fidem tribuebat, quod, ut supra dixi, com-

(2) h. e. in quibus essent, quae ita propria essent ei rei, ut cum nulla alia communicarentur, per quae agnosci semper et ab aliis omnibus discerni possent. *Ernesti.*

(3) sc. non confusum cum aliis, propter illam *propriam* declarationem. *Ern.*

comprehensio facta sensibus et vera esse illi et fidelis videbatur: non quod omnia, quae essent in re, comprehenderet: sed quia nihil, quod cadere in eam posset, relinqueret, quodque natura eam quasi normam scientiae et principium sui dedisset, unde postea notiones rerum in animis imprimerentur; e quibus non principia solum, sed latiores quaedam ad rationem inveniendam viae aperirentur. Errorem autem, et temeritatem, et ignorantiam, et opinationem, et uno nomine omnia, quae essent aliena firmae et constantis assensionis, a virtute sapientiaque removebat.

Urgebat Arcesilas Zenonem, quum ipse falsa omnia diceret, quae sensibus viderentur: Zeno autem nonnulla visa esse falsa, non omnia. — Scire autem negant Stoici quemquam rem ullam, nisi sapientem. Et hoc quidem Zeno gestu conficiebat. Nam, quum extensis digitis, adversam manum ostenderat, Visum, inquiebat, hujusmodi est. Deinde, quum paullum digitos constrinxerat: Assensus hujusmodi. Tum, quum plane compresserat, pugnumque fecerat, comprehensionem illam esse dicebat. Qua ex similitudine etiam nomen ei rei, quod ante non fuerat, κατάληψιν imposuit. Quum autem laevam manum admoverat, et illum pugnum arcte vehementerque compresserat, scientiam talem esse dicebat: cujus compotem, nisi sapientem, esse neminem. Nat. d. 1, 25. Ac. 2, 47.

De naturis autem sic sentiebat, primum, ut quatuor initiis rerum illis quintam hanc naturam, ex qua superiores sensus et mentem effici rebantur, non adhiberet. Statuebat enim ignem esse ipsam naturam, quae quidque gigneret, et mentem atque sensus. Discrepabat etiam ab iisdem, quod nullo modo arbitrabatur quidquam effici posse ab ea, quae expers esset corporis: cujus generis Xeno- Ac. 1, 11.

crates

crates et superiores etiam animum esse dixerunt: nec vero, aut quod efficeret aliquid, aut quod efficeretur, posse esse non corpus. — Zeno ita naturam definit, ut eam dicat ignem esse artificiosum ad gignendum progedientem via (4). Censet enim, artis maxime proprium esse, creare et gignere: quodque in operibus nostrarum artium manus efficiat, id multo artificiosius naturam efficere, id est, ut dixi, ignem artificiosum, magistrum artium reliquarum. Atque hac quidem ratione omnis natura artificiosa est, quod habet quasi viam quandam et sectam, quam sequatur. Ipsius vero mundi, qui omnia complexu suo coërcet et continet, natura non artificiosa solum, sed plane artifex ab eodem Zenone dicitur, consultrix et provida utilitatum opportunitatumque omnium. Animus *quoque* Zenoni Stoico ignis videtur.

Nat. d. 2, 22. · Tusc. 1, 10. · Nat. d. 1, 14.

(*Vellejus Epicureus loq.*) Zeno naturalem legem, divinam esse censet, eamque vim obtinere recta imperantem, prohibentemque contraria. Quam legem quomodo efficiat animantem, intelligere non possumus. Deum autem animantem certe volumus esse. Atque hic idem alio loco aethera deum dicit, si intelligi potest nihil sentiens deus. Aliis autem libris rationem quandam, per omnem naturam rerum pertinentem, vi divina esse affectam putat (5). Idem astris hoc idem tribuit, tum annis, mensibus, annorumque mutationibus. Quum vero Hesiodi theogoniam interpretatur, tollit omnino usitatas receptasque cognitiones deorum, neque enim Jovem,

(4) δοκει τοις Στωϊχοις την φυσιν ειναι πυρ τεχνικον (i. e. non arte excitatam sed artificiose agentem) ὁδῳ βαδιζον εις γενεσιν, ὁπερ εςι πνευμα πυροειδες και τεχνοειδες. Diog. L. VII, 156.

(5) De Stoicorum anima mundi loquitur.

Jovem, neque Junonem, neque Vestam, neque quemquam, qui ita appelletur, in deorum habet numero, sed rebus inanimis atque mutis, per quandam significationem (6) haec docet tributa nomina.

Zenoni et reliquis fere Stoicis Aether videtur summus deus, mente praeditus, qua omnia regantur. Ac. 2, 41.

Zeno sic premebat argumentum: Quod ratione utitur, id melius est, quam id, quod ratione non utitur. Nihil autem mundo melius: ratione igitur mundus utitur (7). Idemque hoc modo: Nullius sensu carentis pars aliqua potest esse sentiens. Mundi autem partes sentientes sunt. Non igitur caret sensu mundus. Pergit idem et urget angustius: Nihil, inquit, quod animi, quodque rationis est expers, id generare ex se potest animantem compotemque rationis. Mundus autem generat animantes, compotesque rationis. Animans est igitur mundus composque rationis. Idemque similitudine, ut saepe solet, rationem conclusit hoc modo: Si ex oliva modulate canentes tibiae nascerentur: num dubitares, quin inesset in oliva tibicinis quaedam scientia? Quid, si platani fidiculas ferrent numerose sonantes? idem scilicet censeres, in platanis inesse Nat. d. 2, 8.

(6) i. e. symbolice, vel allegorice. Physicas enim allegorias ex mythologia exsculpebant Stoici.

(7) Hoc argumentum Zenonis ab Academico Cotta (l. 3, 9) ita refutatur: „Hoc si placet, jam efficies, ut mundus optime librum legere videatur. Zenonis enim vestigiis hoc modo rationem poteris concludere. Quod litteratum est, id est melius, quam quod non est litteratum. Nihil autem mundo melius. Litteratus igitur est mundus. Isto modo etiam disertus, et quidem mathematicus, musicus, postremo philosophus erit mundus.

inesse musicam. Cur igitur mundus non animans sapiensque judicetur, quum ex se procreet animantes atque sapientes?

Ethica.

Ac. 1, 10. Zeno nullo modo is erat, qui, ut Theophrastus (vid. p. 230), nervos virtutis incideret: sed contra, qui omnia, quae ad beatam vitam pertinerent, in una virtute poneret: nec quidquam aliud numeraret in bonis; idque appellaret honestum, quod esset simplex quoddam et solum et unum bonum. Cetera autem etsi nec bona nec mala essent, tamen alia secundum naturam dicebat, alia naturae esse contraria; iis ipsis alia interjecta et media numerabat. Quae autem secundum naturam essent, ea sumenda, et quadam aestimatione dignanda docebat: contraque contraria: neutra autem in mediis relinquebat; in quibus ponebat nihil omnino esse momenti. Sed quae essent media (8), ex iis alia

(8) *Media* (sc. inter bonum malumque). Sic dedi, obsecutus Davisio, pro vulgata *sumenda*, quae quidem lectio nimis apertam contradictionem continet, quam ut Ciceronis aciem effugere potuerit. — Sic enim *sumendorum* species forent *rejecta*, quae prorsus sibi opposita esse, ipse aliis locis saepissime docet. Sed ne sic quidem satis accurate Stoicorum divisionem exposuit Cicero. Duas enim omnino classes *των αδιαφορων* i. e. rerum inter bonum malumque interjectarum, constituebant Stoici, prout res istae aut *αξιαν* (*dignitatem*, vel, ut Cicero vertit, *aestimationem*) aut *απαξιαν* (*indignitatem*) haberent. Utramque classem dividebant rursus, prout res illae vel *majorem* vel *minorem* *αξιαν* vel *απαξιαν* haberent; ut igitur quatuor omnino *των αδιαφορων* classes exsisterent. Ita Stobaeus (Ecl. Eth. p. 174) „*των δ' αξιαν εχοντων τα μεν λεγουσι εχειν πολλην αξιαν, τα δε βραχειαν· ὁμοιως δε και των την απαξιαν εχοντων τα μεν εχειν πολλην απαξιαν, τα δε βραχειαν. τα μεν πολλην εχοντα αξιαν, Προηγμενα* (Cicero *Praeposita* vid. mox. p.

alia pluris esse aestimanda; alia minoris; quae pluris, ea praposita appellabat; rejecta autem, quae minoris. Atque ut haec non tam rebus, quam vocabulis commutaverat: sic inter recte factum atque peccatum, officium et contra officium media locabat quaedam; recte facta sola in bonis actionibus ponens; prave; id est, peccata in malis. Officia autem, et servata praetermissaque, media putabat, ut dixi (9). Quumque superiores non omnem virtutem

p. 259) λεγεσθαι· τα δε πολλην απαξιαν, Αποπροηγμενα· Ζηνωνος ταυτας τας ονομασιας θεμενου πρωτου τοις πραγμασι." Αποπροηγμενα haec Cicero *Rejecta* vocare solet. Hinc, quomodocunque h. l. legatur, erravit Cicero, quum *rejecta* ea diceret, quae *minoris* essent *aestimanda*, quum ea sic vocarentur, quae *majorem* haberent απαξιαν. Sed confer. omnino *Tiedemanni Systema philos. Stoicae* T. 3. p. 289, ubi errorem Ciceronis inde profectum esse censet, quod duobus istis generibus, quae μικραν αξιαν et quae μικραν απαξιαν haberent, nullum peculiare nomen esset constitutum. Quo clarior fiat haec Stoicorum spinosa divisio, afferam adhuc Sexti Empirici ea de re locum, satis perspicuum (adv. Math. 11, 62.) των αδιαφορων φασι οἱ απο της Στοας τα μεν ειναι Προηγμενα, τα δε Αποπροηγμενα· τα δε μητε προηγμενα, μητε αποπροηγμενα· και προηγμενα μεν τα ἱκανην (Stobaeus πολλην) αξιαν εχοντα, ὡς ὑγειαν, πλουτον· αποπροηγμενα δε, τα ἱκανην απαξιαν εχοντα. μητε δε προηχθαι, μητε αποπροηχθαι, οἱον το εκτειναι η συγκαμψαι τον δακτυλον, και παν ὁ τουτῳ παραπλησιον εςι. ταττεσθαι δ' εν μεν τοις προηγμενοις την τε ὑγειαν, και την ισχυν, και το καλλος, πλουτον τε και δοξαν, και τα εοικοτα· εν δε τοις αποπροηγμενος, νοσον και πενιαν και αλγηδονα και τα αναλογα.

(9) Spectant haec omnia ad inanem Stoicorum distinctionem inter κατορθωματα (quae Cicero *recte facta* vertit) et καθηκοντα. Illa in solum sapientem cadere dicebant; haec, quatenus in rebus illis mediis versarentur, ipsa quoque esse media. Stobaeus (Ecl. eth. p.

tutem in ratione esse dicerent, sed quasdam virtutes natura aut more perfectas: hic omnes in ratione ponebat: quumque illi genera virtutum sejungi posse arbitrarentur, hic nec id ullo modo fieri posse differebat (10): nec virtutis usum modo, ut superiores, sed ipsum habitum per se esse praeclarum, nec tamen virtutem cuiquam adesse, quin ea semper uteretur. Quumque perturbationem animi illi ex homine non tollerent, naturaque et condolescere et concupiscere et extimescere, et efferri laetitia dicerent, sed eam contraherent in angustumque deducerent: hic omnibus his quasi morbis voluit carere sa-

p. 174) των καθηκοντων τα μεν ειναι φασι τελεια, ἁ δη και κατορθωματα λεγεται· κατορθωματα δ' ειναι τα κατ' αρετην ενεργηματα, οἱον το φρονειν, το δικαιοπραγειν· ουκ ειναι δε κατορθωματα τα μη οὑτως εχοντα, ἁ δη ουδε τελεια καθηκοντα προσαγορευουσιν, αλλα ΜΕΣΑ, οἱον το γαμειν, το διαλεγεσθαι, et id. ib. κατορθωμα ειναι λεγουσι καθηκον παντας επεχον τους αριθμους, η τελειον καθηκον. Cicero de Off. 1, 3 scribit: „Atque etiam alia divisio est officii. Nam et medium quoddam officium dicitur, et perfectum. Perfectum officium, rectum, opinor, vocemus, quod Graeci κατορθωμα, hoc autem commune καθηκον vocant. Atque ea sic definiunt, ut rectum quod sit, id perfectum officium esse definiant: medium autem officium id esse dicant, quod cur factum sit, ratio probabilis reddi possit.“ Et alibi (de Fin. 3, 18): „Quoniam non dubium est, quin in iis, quae media dicimus, sit aliud sumendum, aliud rejiciendum: quidquid ita fit, aut dicitur, communi officio continetur. Ex quo intelligitur, quoniam se ipsos omnes natura diligunt, tam insipientem quam sapientem sumturum, quae secundum naturam sint, rejecturumque contraria. Ita est quoddam commune officium sapientis et insipientis: ex quo efficitur versari in iis, quae media dicamus. — Conf. *Tiedemanni* Syst. Philosoph. Stoicae T. 3. p. 299 sqq.

(10) Diog. L. 7, 125. *Τας αρετας λεγουσι οἱ Στωϊκοι αντακολουθειν αλληλαις, και τον μιαν εχοντα πασας εχειν.*

sapientem. Quumque eas perturbationes antiqui naturales esse dicerent, et rationis expertes, aliaque in parte animi cupiditatem, alia rationem collocarent, ne his quidem assentiebatur. Nam et perturbationes voluntarias esse putabat, opinionisque judicio suscipi, et omnium perturbationum arbitrabatur esse matrem, immoderatam quandam intemperantiam. Est autem Zenonis haec definitio, ut pertur- Tusc.4,6, batio sit, quod παθος ille dicit, aversa a recta ratione, contra naturam, animi commotio.

In quarto de Finibus libro, quo Cicero contra Catonem Stoicum disserit, haec inter alia occurrunt: In prima constitutione Zeno tuus a natura Fin.4,19. recessit: quumque summum bonum posuisset in ingenii praestantia, quam virtutem vocamus, nec quidquam aliud bonum esse dixisset, nisi quod esset honestum, nec virtutem posse constare, si in ceteris rebus esset quidquam, quod alio aliud melius esset aut pejus: his propositis, tenuit prorsus consequentia. Sed ita falsa sunt ea, quae consequuntur, ut illa, e quibus haec nata sunt, vera esse non possint. Quae sequuntur igitur? omnes, qui non sint sapientes, aeque miseros esse: sapientes omnes summe beatos esse: recte facta omnia aequalia: omnia peccata paria. Quae quum magnifice primo dici videntur, considerata minus probantur: sensus enim cujusque et natura rerum atque ipsa veritas clamat quodam modo, non posse se adduci, ut inter eas res, quas Zeno exaequaret, nihil interesset. Postea ille Poenulus, (scis enim Cittiaeos e Phoenicia profectos) homo igitur acutus, causam non obtinens, repugnante natura, verba versare coepit: et primum rebus iis, quas nos bonas ducimus, concessit, ut haberentur aptae, habiles, et ad naturam accommodatae: faterique coepit, sapienti, hoc est, summe beato, commodius tamen esse, si ea

quoque habeat, quae bona non audet appellare; negatque Platonem, si sapiens non sit, eadem esse in causa, qua tyrannum Dionysium: huic mori optimum esse; propter desperationem sapientiae; illi, propter spem; vivere. Peccata autem esse partim tolerabilia; partim nullo modo; propterea quod alia peccata plures; alia pauciores quasi numeros officii praeterirent. Jam insipientes alios ita esse, ut nullo modo ad sapientiam possent pervenire: alios, qui possent, si id egissent, sapientiam consequi. Hic loquebatur aliter, atque omnes: sentiebat idem, quod ceteri: nec vero minoris aestimanda ducebat ea, quae ipse bona negaret esse, quam illi, qui ea bona esse dicebant. Quid igitur voluit sibi, qui illa mutaverit? Saltem aliquid de pondere detraxisset; et paullo minoris aestimavisset ea, quam Peripatetici; ut sentire quoque aliud, non dicere videretur. — Dicit Zeno differre inter honestum et turpe nimium quantum; nescio quid immensum: inter ceteras res nihil omnino interesse. Idem adhuc: (audi reliqua, et risum contine; si potes) Media illa, inquit, inter quae nihil interest, tamen ejusmodi sunt; ut eorum alia eligenda sint; alia rejicienda; alia omnino negligenda, hoc est, ut eorum alia velis, alia nolis; alia non cures. At modo dixeras; nihil in his rebus esse, quod interesset. Et nunc idem dico; inquies, sed ad virtutes et ad vitia nihil interesse. Quis istud, quaeso, nesciebat? Verum audiamus. Ista, inquit, quae dixisti; valere; locupletem esse, non dolere, bona non dico, sed dicam graece προηγμένα, latine autem Producta: sed Praeposita aut Praecipua malo. Sic tolerabilius et mollius. Illa autem, egestatem, morbum, dolorem, non appello mala, sed, si licet, Rejectanea. Itaque illa non dico me expetere, sed legere, nec optare, sed su-

Fin. 4. 25.

sumere: contraria autem non fugere, sed secernere. Quid ait Aristoteles, reliquique Platonis alumni? Se omnia, quae secundum naturam sint, bona appellare: quae autem contra, mala. Videsne igitur, Zenonem tuum cum Aristone (11) verbis consistere, re dissidere: cum Aristotele et illis re consentire, verbis discrepare? Cur igitur, quum de re conveniat, non malimus usitate loqui? Aut doceat, paratiorem me ad contemnendam pecuniam fore, si illam in rebus praepositis, quam si in bonis duxero: fortioremque in patiendo dolore, si eum asperum, et difficilem perpessu, et contra naturam esse, quam si malum dixero. Facete M. Piso, familiaris noster, dicebat, plus tribui divitiis a Zenone, qui eas in praepositis poneret, quam ab Aristotele, qui bonum esse divitias fateretur, sed nec magnum bonum, et prae rectis honestisque contemnendum ac despiciendum, nec magnopere expetendum: omninoque de omnibus istis verbis a Zenone mutatis ita disputabat, et quae bona negarentur esse ab eo, et quae mala, illa laetioribus nominibus ab eo appellari, quam a nobis, haec tristioribus.

A Zenone hoc magnifice tanquam ex oraculo dicitur: Virtus ad beate vivendum se ipsa contenta est. Quare, inquis? Respondet: Quia, nisi quod honestum est, nullum est aliud bonum. — Honestum autem, quod ducatur a conciliatione naturae, Zeno statuit finem esse bonorum. Fin. 5, 27. Ac. 2. 42.

Zenonis sententiae sunt et praecepta ejusmodi: sapientem gratia nunquam moveri, nunquam cujusquam delicto ignoscere; neminem misericordem p. Murena c. 29.

R 2 esse

(11) Qui omne omnino cunctarum rerum discrimen tollebat, solo virtutis et vitii excepto discrimine. vid. mox p. 260.

esse nisi stultum et levem; viri non esse, neque exorari neque placari; solos sapientes esse, si distortissimi sint, formosos; si mendicissimi, divites; si servitutem serviant, reges; nos autem, qui sapientes non sumus, fugitivos, exsules, hostes, insanos denique esse dicunt; omnia peccata esse paria; omne delictum, scelus esse nefarium; nec minus delinquere eum, qui gallum gallinaceum, quum opus non fuerit, quam eum, qui patrem suffocaverit; sapientem nihil opinari, nullius rei poenitere, nulla in re falli, sententiam mutare nunquam.

Priusquam ad successores Zenonis accedamus, alios quosdam illius discipulos, qui non omnes omnino in illius permanserunt doctrina, commemoremus, nimirum Persaeum, Aristonem Chium, Dionysium, Herillum cet.

Nat. d. 1, 15. PERSAEUS, Zenonis auditor, eos dicit esse habitos deos, a quibus magna utilitas ad vitae cultum esset inventa: ipsasque res utiles et salutares deorum esse vocabulis nuncupatas: ut ne hoc quidem diceret, illa inventa esse deorum, sed ipsa divina.

Nat. d. 3, 31. ARISTO CHIUS dicere solebat, nocere audientibus philosophos iis, qui bene dicta mala interpretarentur: posse enim asotos ex Aristippi, acerbos ex Zenonis schola exire.

ib. 1, 14. Zenonis discipuli Aristonis magno in errore sententia est: qui neque formam dei intelligi posse censeat, neque in diis sensum esse dicat, dubitetque omnino, deus animans necne sit.

Fin. 4, 17. Aristonis est explosa sententia, dicentis, nihil differre aliud ab alio, nec esse res ullas praeter virtutes et vitia, inter quas quidquam omnino interesset.

Leg. 1, 21. Dixit enim, solum bonum esse, quod honestum esset, malumque quod turpe; ceteras res omnes

omnes plane pares, ac ne minimum quidem, utrum adessent an abessent, interesse. *Quare* quum Aristoni et Pyrrhoni ea, quae prima natura approbat, omnino visa sint pro nihilo, ut inter optime valere et gravissime aegrotare nihil prorsus dicerent interesse, recte jam pridem contra eos desitum est disputari. Dum enim in una virtute sic omnia esse voluerunt, ut eam rerum selectione exspoliarent: nec ei quidquam, aut unde oriretur, darent, aut ubi niteretur: virtutem ipsam, quam amplexabantur, sustulerunt. *Attamen*, quum Pyrrho, virtute constituta, nihil omnino, quod appetendum sit, relinqueret; Aristo nihil relinquere non est ausus; introduxit autem, quibus commotus sapiens appeteret aliquid, quodcunque in mentem incideret, et quodcunque tanquam occurreret. In hoc melior quam Pyrrho, quod vel aliquod genus appetendi dedit: deterior, quam ceteri, quod penitus a natura recessit. Roges enim Aristonem, bonane ei videantur haec, vacuitas doloris, divitiae, valitudo? neget. Quid, quae contraria sunt his, malane? nihilo magis. Zenonem roges: respondeat totidem verbis. Admirantes quaeramus ab utroque, quonam modo vitam agere possimus, si nihil interesse nostra putemus, valeamus aegrine simus: vacemus, an cruciemur dolore: frigus, famem propulsare possimus, necne possimus. Vives, inquit Aristo, magnifice, atque praeclare: quod erit cunque visum agens nunquam angere, nunquam cupies, nunquam timebis. Quid Zeno? portenta haec esse dicit, nec ea ratione ullo modo posse vivi. Aristo *igitur*, quum Zenonis fuisset auditor, re probavit ea, quae ille verbis: Nihil esse bonum nisi virtutem; neque malum, nisi quod virtuti esset contrarium: in mediis ea momenta, quae Zeno voluit, (*vid. p. 256 sq.*) nulla esse censuit. Huic

Fin. 2, 13.

ib. 4, 16.

ib. 25.

Ac. 2, 42

 sum-

summum bonum est, in his rebus neutram in par-
Leg. 1, 13. tem moveri; quae *αδιαφορια* ab ipso dicitur. *Haec* est Aristonis difficilis atque ardua, sed jam tamen fracta et convicta secta, qui, virtutibus exceptis atque vitiis, cetera in summa aequalitate ponerent.

Tusc. 2, 25. Homo sane levis, Heracleotes DIONYSIUS, quum a Zenone fortis esse didicisset, a dolore dedoctus est. Nam quum ex renibus *) laboraret, ipso in ejulatu clamitabat, falsa esse illa, quae antea de dolore ipse sensisset. Quem quum Cleanthes condiscipulus rogaret, quaenam ratio eum de sententia deduxisset, respondit: Siquis tantum operae philosophiae dedisset, dolorem tamen ferre non posset: satis esset argumenti, malum esse dolorem. Plurimos autem annos in philosophia consumsi, nec ferre possum: malum est igitur dolor. Tum Cleanthem, quum pede terram percussisset, versum ex Epigonis ferunt dixisse;

Audisne haec, Amphiarae, sub terram abdite?

Zenonem significabat, a quo illum degenerare do-
Ac. 2, 22. lebat. *Nam* Dionysius hic Heracleotes, quum multos annos tenuisset Zenonique magistro credidisset, honestum quod esset, id bonum solum esse, postea defensitavit, honesti inane nomen esse, voluptatem esse summum bonum.

HERIL.

*) Repugnat sibi Cicero, qui Fin. 5, 31 scribit: Heracleotes ille Dionysius flagitiose descivisse videtur a Stoicis propter *oculorum* dolorem. Et hoc quidem verius, quum Diogenes quoque Laërtius (7, 166) scribat: *Διονυσιος ὁ Μεταθεμενος* (quod cognomen accepit ob mutatam sententiam) *τελος ειπε την ἡδονην δια περιστασιν οφθαλμιας.*

Herillus in cognitione et scientia summum bonum ponit. Quum enim ab Aristotele et Theophrasto saepe mirabiliter esset laudata per se ipsa rerum scientia, hoc uno captus Herillus, scientiam summum bonum esse defendit, nec rem ullam aliam per se expetendam. Qui quum Zenonis auditor esset, vides quantum ab eo dissenserit: ad scientiam omnia revocans, unum quoddam bonum vidit: sed nec optimum, nec quo vita gubernari possit. Itaque hic jam pridem est rejectus. Post enim Chrysippum in eum non sane est disputatum. Ac. 2, 42. Fin. 5, 25. Fin. 2, 13.

Huc pertinet etiam Sphaerus, homo inprimis bene definiens, ut putant Stoici. *Porro* Boethus, qui conatus est elicere causas praesensionum, et hactenus aliquid egit, ut earum rationem rerum explicaret, quae in mari coelove fierent. Tusc. 4, 24. Div. 1, 8.

De Stoicis in genere.

Stoici non unam aliquam aut alteram a nobis *(loq. Piso Peripateticus)*, sed totam ad se nostram philosophiam transtulerunt. Atque, ut reliqui fures earum rerum, quas ceperunt, signa commutant: sic illi, ut sententiis nostris pro suis uterentur, nomina, tanquam rerum notas, mutaverunt. A Peripateticis enim et Academicis Stoici verbis magis quam sententiis dissenserunt, et quum ab his omnia transtulissent, nominibus aliis easdem res secuti sunt. Fin. 5, 25. Ac. 2, 15. Fin. 5, 8.

Stoici orationis genus habent, fortasse subtile, certe acutum: sed, ut in oratore, exile, inusitatum, abhorrens ab auribus vulgi, obscurum, inane, jejunum, ac totum ejusmodi, quo uti ad vulgus nullo modo possis. Alia enim et bona et mala vi- de Or. 3, 18.

dentur Stoicis et ceteris civibus vel potius gentibus: alia vis honoris, ignominiae, praemii, supplicii: ea si sequamur, nullam unquam rem dicendo ex-
Brut. 31. pedire possimus. *Porro* Stoicorum adstrictior est oratio aliquantoque contractior, quam aures po-
Fin. 4, 4. puli requirunt. Quumque duae sint artes, quibus perfecte ratio et oratio compleatur, una inveniendi, altera disserendi: hanc posteriorem et Stoici et Peripatetici, priorem autem illi egregie tradiderunt, Stoici omnino ne attigerunt quidem. Nam e quibus locis, quasi thesauris, argumenta depromerentur, ne suspicati quidem sunt, superiores autem artificio et via tradiderunt.

Off. 2, 2. Non aliud est philosophia, quam studium sapientiae. Sapientia autem est rerum divinarum et humanarum, causarumque, quibus hae res conti-
Fin. 4, 2. nentur scientia. Totam autem philosophiam quum veteres Academici ac Peripatetici tres in partes divisissent, hanc partitionem a Zenone retentam esse
Topic. 2. videmus. *Et primum quidem* judicandi vias diligenter persecuti sunt Stoici ea scientia, quam Dia-
Fin. 3, 21. lecticen appellant. Ad ipsas etiam virtutes Dialecticam adjungunt et Physicam: easque ambas virtutum nomine appellant: alteram, quod habeat rationem, ne cui falso assentiamur, neve unquam captiosa probabilitate fallamur, eaque, quae de bonis et malis diceremus, ut tenere tuerique possimus. Nam sine hac arte quemvis arbitrantur a vero abduci fallique posse. Recte igitur, si omnibus in rebus temeritas ignoratioque vitiosa est, ab his ea, quae tollit haec, virtus nominata est. Physicae quoque non sine causa tributus idem est honos: propterea quod, qui convenienter naturae victurus sit, ei et proficiscendum est ab omni mundo et ab ejus procuratione. Nec vero potest quisquam de bonis et malis vere judicare, nisi omni

cognita

cognita ratione naturae et vitae etiam deorum, et utrum conveniat necne natura hominis cum universa.

Rerum notiones *secundum Stoicos* in animis fiunt, si aut usu aliquid cognitum sit, aut conjunctione [επισυνθεσις] aut similitudine [ὁμοιωσις] aut collatione rationis [αναλογια] (¹). Hoc quarto boni notitia facta est. Quum enim ab iis rebus, quae sunt secundum naturam, adscendit animus collatione rationis, tum ad notitiam boni pervenit. Fin. 3, 10.

Sapientem, si assensurus esset, etiam opinaturum, falsum esse et Stoici dicunt et eorum adstipulator Antiochus: posse enim eum falsa a veris, et, quae non possint percipi, ab iis, quae possint, distinguere. Ac. 2, 21. *Attamen* multa falsa esse dicunt, longeque aliter se habere ac sensibus videantur. ib. 31. Id autem solum percipi posse, quod sit verum tale, quale falsum esse non possit; et sapientem nihil opinari. ib. 33.

Physica et Theologica.

Stoici dicere solent, nihil esse, quod Deus efficere non possit, et quidem sine labore ullo: ut enim hominum membra nulla contentione mente ipsa ac voluntate moveantur, sic numine deorum omnia fingi, moveri, mutarique posse. Nat. d. 3, 39. Neque id dicunt superstitiose atque aniliter, sed physica constantique ratione: materiam enim rerum, ex qua et in qua omnia sint, totam esse flexibilem et commutabilem; ut nihil sit, quod non ex ea quamvis subito fingi convertique possit; ejus autem universae fictricem et moderatricem divinam esse providentiam: hanc igitur, quocunque se moveat, efficere posse, quidquid velit.

(1) Vid. Diog. L. 7, 53. et *Tiedemann* T. I. p. 87 sqq.

Sedes Physices atque Theologiae Stoicorum apud Ciceronem est liber secundus de natura deorum, in quo Lucilius Balbus, Stoicorum patronus, physicam sectae suae rationem copiose explicat. Cujus quidem disputationis summam strictim hic proponere haud alienum erit,

Nat.d.2,1 Omnino dividunt nostri (i. e. *Stoici*) totam istam de diis immortalibus quaestionem in partes quatuor. Primum docent esse deos: deinde quales sint: tum, mundum ab his administrari: po-
c. 2. stremo, consulere eos rebus humanis. Ne egere quidem videtur oratione prima pars. Quid enim potest esse tam apertum, quum coelum suspeximus, coelestiaque contemplati fuimus, quam esse aliquod numen praestantissimae mentis, quo haec regantur? Quod nisi cognitum comprehensumque animis haberemus, non tam stabilis opinio permaneret, nec confirmaretur diuturnitate temporis, nec una cum seculis aetatibusque hominum inveterare potuisset. Et saepe visae formae deorum quemvis, non aut hebetem aut impium, deos prae-
c. 4. sentes esse confiteri coegerunt. Magna augurum auctoritas. Quid? haruspicum ars, nonne divina? Haec et innumerabilia ex eodem genere qui videat, nonne cogatur confiteri, deos esse? Quorum enim interpretes sunt, eos ipsos esse certe necesse est. Omnibus innatum et in animo quasi insculptum est,
c. 6. esse deos. Et ex ipsa hominum sollertia, esse aliquam mentem, et eam quidem acriorem et divinam, existimare debemus. Unde enim hanc homo arripuit? Quin et humorem et calorem, qui est fusus in corpore, et terrenam ipsam viscerum soliditatem animum denique illum spirabilem si quis quaerat unde habeamus, apparet, quod aliud a terra sumsimus, aliud ab humore, aliud ab igne, aliud ab aëre.
c. 7. Rationem autem et mentem unde sustulimus? An hoc

hoc unum, quod plurimi est, mundus non habebit? Atqui certe nihil omnium rerum melius est mundo, nihil pulcrius, et ne cogitari quidem quidquam melius potest. Quid vero? Tanta rerum consentiens, continuata cognatio quem non coget haec comprobare? Possetne uno tempore florere, dein vicissim horrere terra? aut una totius coeli conversione cursus astrorum dispares conservari? Haec ita fieri omnibus inter se concinentibus mundi partibus non possent, nisi ea uno divino et continuato spiritu continerentur. Id ipsum rationibus physicis confirmare volo. Sic enim res se habet, ut omnia, quae alantur et crescant, contineant in se vim caloris, sine qua neque ali possent neque crescere. Omne quod vivit, sive animal, sive terra editum, id vivit propter inclusum in eo calorem. Ex quo intelligi debet, eam caloris naturam vim habere in se vitalem per omnem mundum pertinentem (2). Omnes enim partes mundi calore fultae sustinentur. c. 9.

Natura est igitur, quae contineat mundum omnem eumque tueatur, et ea quidem non sine sensu atque ratione. Omnem enim naturam necesse est, quae non solitaria sit neque simplex, sed cum alio juncta atque connexa, habere aliquem in se principatum, ut in homine mentem, in bellua quiddam simile mentis, unde oriantur rerum appetitus. Principatum autem id dico, quod Graeci ἡγεμονικον vocant: quo nihil in quoque genere nec potest nec debet esse praestantius. Itaque necesse est, illud etiam, in quo sit totius naturae principatus, esse omnium optimum, omniumque rerum dominatu dignissimum. Videmus autem in partibus mundi inesse sensum et rationem. In ea parte igitur, c. 11.

(2) Nat. d. 3, 14. „Omnia Stoici solent ad igneam vim referre, Heraclitum, ut opinor, sequentes.“

igitur, in qua mundi inest principatus, haec inesse necesse est, et acriora quidem atque majora. Quocirca sapientem esse mundum necesse est; naturamque eam, quae res omnes complexa teneat, perfectione rationis excellere; eoque deum esse mundum (3), omnemque vim mundi natura divina contineri. Atque etiam mundi ille fervor purior mobiliorque multo est quam hic noster calor, quo haec, quae nota nobis sunt, retinentur et vigent. Absurdum igitur est dicere, quum homines bestiaeque hoc calore teneantur, et propterea moveantur ac sentiant, mundum esse sine sensu; qui integro, et puro eodemque acerrimo et mobilissimo ardore teneatur; praesertim quum is ardor, qui est mundi, non agi-

(3) Quo sensu Stoici mundum ipsum vocarint deum, a Varrone discimus, qui (ut est ap. Augustin. de civit. d. 7, 6) dixit: „*Deum se arbitrari esse animam mundi, et hunc ipsum mundum esse deum. Sed sicut hominem sapientem, quum sit ex corpore et animo, tamen ab animo dici sapientem: ita mundum dici ab animo, quum sit ex animo et corpore.*" Recte igitur Lipsius (Physiol. Stoic. 1, 8): „Mundus non οὐσιωδῶς et sua natura deus, sed κατὰ μετάδοσιν, quia communicat et participat illam mentem mundo insitam." Sola enim haec mens, per totum mundum penetrans atque commeans, verus Stoicorum deus est. Sic tollitur repugnantia ea, quum Stoici modo mundum deum esse dicunt (*divinum* rectius dixissent) modo illum *a deo* regi docent. Duo omnino mundi principia agnoscebant, alterum agens, patiens alterum: Hoc erat materia, illud, quod subtilissimum ignem esse credebant, deus. Audi Senecam Stoicum (Epist. 65): *Universa ex materia et deo constant: Deus ista temperat, quae circumfusa rectorem sequuntur et ducem. Potentius autem est, quod facit (quod est Deus) quam materia patiens dei. Quem in hoc mundo locum deus obtinet, hunc in homine animus: quod est illic materia, id nobis corpus est.*

agitatus ab alio sed per se ipse moveatur. Ex quo efficitur animantem esse mundum.

Atque ex hoc quoque intelligi potest, in eo inesse intelligentiam, quod certe est mundus melior, quam ulla natura. Quod si ita est, sapiens sit mundus necesse est; nam ni ita esset, hominem pluris esse quam mundum omnem oporteret. Atque etiam, si a primis inchoatisque naturis ad ultimas perfectasque volumus procedere, ad deorum naturam perveniamus necesse est. Primo enim iis, quae gignuntur e terra, natura nihil tribuit amplius, quam ut ea alendo atque augendo tueretur. Bestiis autem sensum et motum dedit: homini addidit rationem. Quartus autem gradus et altissimus est eorum, qui natura boni sapientesque gignuntur: quibus a principio innascitur ratio recta constansque, quae supra hominem putanda est, deoque tribuenda, id est, mundo: in quo necesse est perfectam illam inesse rationem. Neque enim dici potest, in ulla rerum institutione non esse aliquid extremum atque perfectum. c. 12. c. 13.

Atque hac mundi divinitate perspecta, tribuenda est sideribus eadem divinitas; quae ex mobilissima purissimaque aetheris parte gignuntur: ut ea quoque rectissime et animantia esse, et sentire atque intelligere dicantur. Probabile est, praestantem intelligentiam in sideribus esse, quae et aetheream mundi partem incolant, et marinis terrenisque humoribus, longo intervallo extenuatis, alantur. Sensum autem astrorum atque intelligentiam maxime declarat ordo eorum atque constantia, quae non possum intelligere sine mente, ratione, consilio. Quae quum in sideribus inesse videamus, non possumus ea ipsa non in deorum numero reponere. Multae autem aliae naturae deorum ex magnis beneficiis eorum constitutae nominataeque sunt. c. 15. c. 16. c. 21. c. 25.

Ita-

Itaque tum illud, quod erat a deo datum, nomine ipsius dei nuncupabant: tum autem res, in qua vis
c. 24. inest major aliqua, sic appellatur. Suscepit autem vita hominum, ut beneficiis excellentes viros in coelum fama ac voluntate tollerent. Alia quoque ex ratione, et quidem physica, magna fluxit multitudo deorum. Physica enim ratio inclusa est in im-
c. 26. pias fabulas. Sic aër, ut Stoici disputant, Junonis nomine consecratur: quae est soror et conjux Jovis, quod ei similitudo est aetheris et cum eo summa conjunctio. Effeminarunt autem eum Junonique
c. 28. tribuerunt, quod nihil est eo mollius. Ita a multis physicis rebus tracta ratio est ad commenticios et fictos deos. Sed tamen his fabulis spretis Deus pertinens per naturam cujusque rei, per terras Ceres, per maria Neptunus, alii per alia poterunt intelligi (4), qui qualesque sint, quoque eos nomine con-

(4) Diog. L. VII. 147. Ὁ θεος πολλαις προσηγοριαις προσονομαζεται κατα τας δυναμεις. Δια μεν γαρ φασι, δι᾽ ὅν τα παντα. Ζηνα δε καλουσι παρ᾽ ὅσον του ζην αιτιος εςιν· Αθηναν δε, κατα την εις αιθερα διατασιν του ἡγεμονικου αυτου· Ἡραν δε, κατα την εις αερα· και Ποσειδωνα, κατα την εις το ὑγρον· και Δημητραν, κατα την εις γην· ὁμοιως δε και τας αλλας προσηγοριας, εχομενοι τινος οικειοτητος, απεδοσαν. Rectissime quoque Epiphanius: Και Στωϊκοι μεν φρονουσι περι θεοτητος τουτο, φασκοντες ειναι νουν τον θεον, ὁς παντος του ὁρωμενου κυτους, ουρανου τε φημι και των αλλων, ὡς εν σωματι, ψυχη. μεριζουσι δε οἱ αυτοι την μιαν θεοτητα εις πολλας μερικας ουσιας, ως ἡλιον και σεληνην και αςρα, εις ψυχην και αερα και τα αλλα. Nec minus vere Athenagoras (Apolog. c. 6.) Οἱ απο της ςοας καν ταις προσηγοριαις κατα τας παραλλαξεις της ὑλης, δι᾽ ἡς φασι το πνευμα χωρειν του θεου, πληθυνουσι το θειον τοις ονομασι, τῳ γουν εργῳ ἑνα νομιζουσι τον θεον. Hinc intelligi facile potest, quo sensu Stoici, ut Balbus quoque apud Ciceronem, modo de *deo* modo de *diis* loquantur. Unus illis erat summus deus, sed pro diversitate quum virium, tum mundi partium, quas permearet, plu-

consuetudo nuncupaverit, hos deos venerari debemus.

Disputationem de providentia deorum tres in partes nostri fere dividunt. Quarum prima pars est, quae ducitur ab ea ratione, quae docet esse deos: quo concesso confitendum est, eorum consilio mundum administrari. Secunda est autem, quae docet, omnes res subjectas esse naturae sentienti, ab eaque omnia pulcerrime geri: quo constituto sequitur, ab animantibus principiis ea esse generata. Tertius locus est, qui ducitur ex admiratione rerum coelestium. Sic efficitur omnia regi divina mente atque prudentia. c. 30.

Stellae sunt natura flammeae: quocirca terrae, maris, aquarum vaporibus aluntur his, qui a sole ex agris tepefactis et ex aquis excitantur: quibus altae (5) renovataeque stellae atque omnis aether refundunt eadem, et rursum trahunt indidem, nihil ut fere intereat, aut admodum paullulum, quod astrorum ignis et aetheris flamma consumat. Ex quo eventurum nostri putant id, de quo Panaetium addubitare dicebant, ut ad extremum omnis mundus ignesceret, quum, humore consumto, neque terra ali posset, neque remearet aër, cujus ortus, aqua omni exhausta, esse non posset: ita relinqui nihil praeter ignem: a quo rursum animante c. 46.

ac

pluribus ornatus nominibus. Hac ratione popularem religionem caute accommodabant philosophiae suae.

(5) „Stoicis placet, omnem ignem pastus indigere: nec permanere ullo modo posse nisi alatur: ali autem solem, lunam, reliqua astra, aquis, alia dulcibus, alia marinis. Eamque causam Cleanthes affert, cur se sol referat, nec longius progrediatur solstitiali orbe, itemque brumali, ne longius discedat a cibo." Sic noster l. 3. de Nat. d. c. 14.

ac deo renovatio mundi fieret, atque idem ornatus oriretur (6).

c. 47. Quid est in rebus terrestribus, in quo non naturae ratio intelligentis appareat? (*Jam sequitur egregia et copiosa hujus rei demonstratio, qua probatur, aptissime omnia in terra esse constituta, ut non possit non agnosci divinae providentiae vis ac bonitas*).

c. 65. Nec vero universo generi hominum solum, sed etiam singulis a diis immortalibus consuli et provideri solet. Licet enim contrahere universitatem generis humani, eamque gradatim ad pauciores, postremo deducere ad singulos.

Div. 1, 3. Stoici omnia fere divinationis genera defenderunt, quod et Zeno in suis commentariis quasi semina quaedam sparsit, et ea Cleanthes paullo uberiora fecit.
ib. 38. Divinationem esse revera hac Stoicorum ratione concluditur: Si sunt dii, neque ante delarant hominibus, quae futura sunt: aut non diligunt homines; aut, quid eventurum sit, ignorant; aut existimant, nihil interesse hominum, scire quid futurum sit; aut non censent esse suae majestatis praesignificare hominibus quae sunt futura; aut ea ne ipsi quidem dii significare possunt. At neque

(6) Haec est celeberrima illa Stoicorum de mundi exustione et renovatione doctrina, cujus tamen primus inventor fuit Heraclitus. Simplicius (in Aristot. de Coelo) scribit: *Ὁ Ἡρακλειτος ποτε μεν εξαπτεσθαι φησι τον κοσμον, ποτε δε εκ πυρος αυθις συνιςασθαι. Ταυτης δε της δοξης ὑςερον εγενοντο οἱ Στωϊκοι.* Et Numenius (ap. Euseb. Praep. Ev. 15, 18.) *Αρεσκει τοις Στωϊκοις, την ὁλην ουσιαν εις πυρ μεταβαλλειν, οἱον εις σπερμα, και παλιν εκ τουτου αυτην αποτελεισθαι την διακοσμησιν, οἱα το προτερον ην.* Conf. *Lipsius* (Physiol. Stoica l. 2. diss. 22.) *Tiedemann* T. II. p. 102 sqq. et inprimis Jac. *Thomasius* de exustione mundi Stoica.

neque non diligunt nos (sunt enim benefici); neque ignorant ea, quae ab ipsis constituta et designata sunt: neque nostra nihil interest, scire ea, quae eventura sunt (erimus enim cautiores, si sciemus): neque hoc alienum ducunt majestate sua (nihil est enim beneficentia praestantius); neque non possunt futura praenoscere. Sunt autem dii; significant ergo. Est igitur divinatio. Non *tamen* placet Stoicis, singulis jecorum fissis aut avium cantibus interesse deum; sed ita a principio inchoatum esse mundum, ut certis rebus certa signa praecurrerent. Negant etiam Stoici quemquam, nisi sapientem, divinum esse posse. ib. 52. Div. 2, 63.

Stoici omnia fato fieri dicunt. Fatum autem id appello, quod Graeci εἱμαρμένην, id est, ordinem seriemque causarum, quum causa causae nexa rem ex se gignat. (*vid. mox Chrysippus*). Fat. 15. Div. 1, 55

Magnam molestiam suscepit et minime necessariam primus Zeno, post Cleanthes, deinde Chrysippus, commenticiarum fabularum reddere rationem; vocabulorum, cur quique ita appellati sint causas explicare (vid. p. 270 n. 4). Quod quum faciunt, illud profecto confitentur, longe aliter se rem habere, atque hominum opinio sit: eos enim qui dii appellentur, rerum naturas esse, non figuras deorum. Nat. d. 3, 24.

Placet Stoicis, quae in terris gignantur, ad usum hominum omnia creari, homines autem hominum causa esse generatos, ut ipsi inter se aliis alii prodesse possent. Off. 1, 7.

Sumunt Stoici, nihil esse animum nisi ignem, et usuram nobis largiuntur tanquam cornicibus: diu mansuros ajunt animos; semper, negant (7). Nat. d. 3, 14. Tusc. 1, 31.

Ethica

(7) Numenius ap. Euseb. (Praep. Ev. 15, 20) Την ψυχην γεννητην τε και φθαρτην λεγουσι (οἱ Στωϊκοι)· ουκ ευθυς δε του σωματος

Ethica.

Ethices Stoicae ſedes apud Ciceronem eſt tertius de Fin. bon. liber, in quo Cato Stoicus ſectae doctrinam exponit, unde praecipua huc transferam.

Fin. 3, 5. Placet his, quorum ratio mihi probatur, ſimul atque natum ſit animal (hinc enim eſt ordiendum) ipſum ſibi conciliari et commendari ad ſe conſervandum et ſuum ſtatum, et ad ea, quae conſervantia ſunt ejus ſtatus, deligenda; alienari autem ab interitu, iisque rebus, quae interitum videantur afferre. Id ita eſſe ſic probant, quod, ante quam voluptas aut dolor attigerit, ſalutaria appetant parvi, aſpernenturque contraria. Ex quo intelligi debet, principium ductum eſſe a ſe diligendo. In principiis autem naturalibus plerique Stoici non putant voluptatem eſſe ponendam: ne, ſi voluptatem natura poſſuiſſe in iis rebus videatur, quae primae appetuntur, multa turpia ſequantur.

6. Sequitur prima diviſio haec: Aeſtimabile eſſe dicitur, id quod aut ipſum ſecundum naturam ſit, aut tale quid efficiat, ut ſelectione dignum propterea ſit,

σωματος απαλλαγεισαν φθειρεσθαι, αλλ᾽ επιμενειν τινας χρονους καθ᾽ ἑαυτην· την μεν των σπουδαιων μεχρι της εις πυρ αναλυσεως των παντων· την δε των αφρονων προς ποσους τινας χρονους· τας δε των αφρονων και αλογων ζωων ψυχας συναπολλυσθαι τοις σωμασι. Tertullianus de Anim. c 54. „Qui aliquod animae tempus indulgent, ab exceſſu usque in conflagrationem univerſitatis, ut Stoici, ſuas ſolas, id eſt, ſapientium animas in ſupernis manſionibus collocant.“ — Diog. L. VII, 156. δοκει τοις Στωϊκοις την ψυχην ειναι αισθητικην· ταυτην δε ειναι το συμφυες ἡμιν πνευμα· διο και σωμα ειναι, και μετα θανατον επιμενειν, φθαρτην δε ειναι· την δε των ὁλων αφθαρτον, ἡς μερη ειναι τας εν τοις ζωοις. Κλεανθης μεν ουν πασας επιδιαμενειν μεχρι της εκπυρωσεως· Χρυσιππος δε τας των σοφων μονον.

sit, quod aliquod pondus habeat dignum aestimatione; quam illi ἀξιαν vocant: contraque inaestimabile, quod sit superiori contrarium. Initiis igitur ita constitutis, ut ea, quae secundum naturam sunt, ipsa propter se sumenda sint, contrariaque item rejicienda: primum est officium (id enim appello καθηκον), ut se conservet in naturae statu: deinceps, ut ea teneat, quae secundum naturam sint, pellatque contraria. Prima est igitur conciliatio hominis ad ea, quae sunt secundum naturam: simul autem cepit intelligentiam, vel notionem potius, quam appellant ἐννοιαν illi, viditque rerum agendarum ordinem et concordiam; multo eam pluris aestimavit, quam omnia illa, quae primum dilexerat; atque ita ratione collegit, ut statueret, in eo collocatum summum illud hominis per se laudandum et expetendum bonum. Quod quum positum sit in eo, quod ὁμολογιαν Stoici, nos appellemus convenientiam: quum igitur in eo sit id bonum, quo referenda sint omnia, ipsumque honestum, quod in bonis ducitur, quanquam post oritur, tamen id solum vi sua et dignitate expetendum est: eorum autem, quae sunt prima naturae, propter se nihil expetendum. Recte dici potest, omnia officia eò referri, ut adipiscamur principia naturae; nec tamen ut hoc sit bonum ultimum, propterea quod non inest in primis naturae conciliationibus honesta actio. Quum autem omnia officia c. 7. a principiis naturae proficiscantur, ab iisdem necesse est proficisci ipsam sapientiam.

Videamus nunc, quam sint praeclare illa iis, quae jam posui, consequentia. Quum enim hoc sit extremum (sentis enim, credo, me jam diu, quod τέλος Graecus dicat, id dicere tum extremum, tum ultimum, tum summum; licebit etiam finem dicere) quum ergo hoc sit extremum, congruenter na-

turae convenienterque vivere (8); necessario sequitur, omnes sapientes semper feliciter, absolute, fortunate vivere, nulla re impediri, nulla egere. Quod autem honestum est, id solum bonum judi-
c. 8. camus — et efficimus, nihil esse malum quod
c. 13. turpe non sit. Peripatetici corporis commodis compleri vitam beatam putant; nostri nihil minus. Nos, qui valitudinem aestimatione aliqua dignam judica-

(8) Hunc Stoicorum finem bonorum (*ὁμολογουμενως τη φυσει ζην*) Cicero ipse ita explicat (de Fin. 2, 11.) „Stoicis finis bonorum est consentire naturae; quod esse volunt e virtute, id est, honeste vivere: quod ita interpretantur, vivere cum intelligentia earum rerum, quae natura evenirent, (i. e. Chrysippi *ζην κατ' εμπειριαν των φυσει συμβαινοντων* vid. Diog. Laert. 7, 87). eligentem ea, quae essent secundum naturam, rejicientemque contraria." Et alibi (de Offic. 3, 3) „Quod summum bonum a Stoicis dicitur, convenienter naturae vivere: id habet hanc, ut opinor, sententiam, cum virtute congruere semper: cetera autem, quae secundum naturam essent, ita legere, si ea virtuti non repugnarent. Diog. quoque Laert. l. c. *πρωτος ὁ Ζηνων τελος ειπε ὁμολογουμενως τη φυσει ζην, ὁπερ εςι κατ' αρετην ζην*. Dissentit aliquantum ab hoc Stobaeus (Ecl. Eth. p. 172) *το τελος μεν Ζηνων οὑτως απεδωκε, το ὁμολογουμενως ζην. τουτ' εςι καθ' ἑνα λογον και συμφωνον ζην. οἱ δε μετα τουτον προσδιαρθρουντες, οὑτως εξεφερον, Ὁμολογουμενως τη φυσει ζην. Κλεανθης γαρ πρωτος προσεθηκε, Τη φυσει.* Cum Zenone congruit Seneca ep. 31. „Perfecta virtus est aequalitas, ac tenor vitae per omnia consonans sibi" et (ep. 20) „Sapientia est semper idem velle atque idem nolle; licet illam exceptiunculam non adjicias, ut rectum sit quod velis. Non potest cuiquam semper idem placere nisi rectum." — Notandum etiam, *naturae* vocem in summo bono constituendo non eodem sensu ab omnibus usurpatam esse. Diog. L. 7, 89. *φυσιν δε Χρυσιππος μεν εξακουει, ᾗ ακολουθως δει ζην, την τε κοινην και ιδιως την ανθρωπινην. ὁ δε Κλεανθης την κοινην μονον ενδεχεται φυσιν, ᾗ ακολουθειν δει.*

judicamus, neque tamen eam in bonis ponimus, iidem censemus, nullam esse tantam aestimationem, ut ea virtuti anteponatur. Quod idem Peripatetici non tenent, quibus dicendum est, quae et honesta actio sit et sine dolore, eam magis esse expetendam, quam si esset eadem actio cum dolore. Nobis aliter videtur. Ut enim obscuratur et offunditur lu- c. 14.
ce solis lumen lucernae: sic omnis ista rerum in corpore sitarum aestimatio splendore virtutis et magnitudine obscuretur et obruatur atque intereat necesse est.

Crescere bonorum finem non putamus. Ut enim, qui demersi sunt in aqua, nihilo magis respirare possunt, si non longe absunt a summo, ut jam jamque possint emergere, quam si etiam tum essent in profundo: nec catulus ille, qui jam appropinquat ut videat, plus cernit, quam is, qui modo est natus: ita qui processit aliquantum ad virtutis aditum (9) nihilominus in miseria est, quam ille qui nihil processit. Sed quanquam negent, nec c. 15.
virtutes nec vitia crescere, attamen utrumque eorum fundi quodam modo et quasi dilatari putant. *(Jam sequitur divisio των αδιαφορων in προηγμενα et αποπροηγμενα, de qua supra p. 254 satis superque dictum est.)*

Sequitur illa divisio, ut bonorum alia sint ad c. 16.
illud ultimum pertinentia (sic enim appello, quae τελικα dicuntur) alia autem efficientia, quae Grae-

 ci

(9) Has similitudines Cicero l. IV, 24. contra Catonem disputans, ita refellit: „Ista similia non sunt, Cato, in quibus quamvis multum processeris, tamen illud in eadem causa est, a quo abesse velis, donec evaseris. Illa similia sunt: hebes acies est cuipiam oculorum: corpore alius languescit: hi curatione adhibita levantur in dies; alter valet plus quotidie, alter videt.

ci *ποιητικα*, alia utrumque [10]. De pertinentibus nihil est bonum praeter actiones honestas; de efficientibus nihil praeter amicum. Sed et pertinentem et efficientem sapientiam volunt esse.
c. 17. Quae Praeposita dicimus, partim sunt per se ipsa praeposita, partim quod aliquid efficiunt, partim utrumque. Per se ut quidam habitus oris et vultus, ut status, ut motus: alia ob eam rem praeposita dicuntur, quod ex se aliquid efficiant, ut pecunia: alia autem ob utramque rem, ut integri sensus, ut bona valitudo. De bona autem fama (quam appellant *ευδοξιαν*) Chrysippus quidem et Diogenes, detracta utilitate, ne digitum quidem ejus causa porrigendum esse dicebant. Qui autem post eos fuerunt, bonam famam ipsam propter se praepositam et sumendam esse dixerunt. Sed, quum, quod honestum sit, id solum bonum esse dicamus; consentaneum tamen est fungi officio, quum id officium nec in bonis ponamus nec in malis (*vid. p. 255*). Est autem officium, quod ita factum est, ut ejus facti probabilis ratio reddi possit. Quoniamque in his rebus, quae neque in virtutibus sunt, neque in vitiis, est tamen quiddam,
c. 18. quod usui possit esse, tollendum id non est. Atque perspicuum etiam illud est, in istis rebus mediis aliquid agere sapientem.

In quo plura sunt, quae secundum naturam sunt, hujus officium est, in vita manere: in quo autem

(10) Diog. L. 7, 96. *Των αγαθων τα μεν ειναι φασι τελικα, τα δε ποιητικα, τα δε τελικα και ποιητικα. Τον μεν ουν φιλον και τας απ᾽ αυτου γινομενας ωφελειας ποιητικα ειναι αγαθα. θαρσος δε και φρονημα και ελευθεριαν και τερψιν και αλυπιαν και πασαν την κατ᾽ αρετην πραξιν, τελικα· ποιητικα δε και τελικα ειναι αγαθα (τας αρετας)· καθο μεν αποτελουσιν την ευδαιμονιαν ποιητικα εςιν αγαθα· καθο δε συμπληρουσιν αυτην, ὡςε μερη αυτης γινεσθαι, τελικα.*

autem aut ſunt plura contraria, aut fore videntur, hujus officium eſt, e vita excedere: e quo apparet, et ſapientis eſſe aliquando officium, excedere e vita, quum beatus ſit, et ſtulti manere in vita, quum ſit miſer (11).

Quam gravis vero, quam magnifica, quam con- c. 22.
ſtans conficitur perſona ſapientis! qui, quum ratio docuerit, quod honeſtum eſſet, id eſſe ſolum bonum, ſemper ſit neceſſe eſt beatus, vereque omnia iſta nomina poſſideat, quae irrideri ab imperitis ſolent. Rectius enim appellabitur rex quam Tarquinius, qui nec ſe nec ſuos regere potuit: rectius magiſter populi (is enim eſt dictator) quam Sulla, qui luxuriae, avaritiae, crudelitatis magiſter fuit: rectius dives, quam Craſſus, qui, niſi eguiſſet, nunquam Euphratem nulla belli cauſa transire voluiſſet. Recte ejus omnia dicentur, qui ſcit uti ſolus omnibus: recte etiam pulcer appellabitur, animi enim lineamenta ſunt pulcriora quam corporis: recte ſolus liber, nec dominationi cujusquam parens neque obediens cupiditati: recte invictus, cujus etiamſi corpus conſtringatur, animo tamen vincula injici nulla poſſint.

Libro IV de fin. Cicero Catonem ſimulque Stoicam morum diſciplinam refellit, unde adhuc

(11) Diog. L. 7, 130. *ευλογως τε φασιν (οἱ Στωϊκοι) εξαξειν ἑαυτον του βιου τον σοφον και ὑπερ πατριδος και ὑπερ φιλων· κἀν εν σκληροτερᾳ γενηται αλγηδονι, η πηρωσεσιν, η νοσοις ανιατοις.* Seneca ep. 70: Sapiens vivit, quantum debet, non quantum poteſt. Si multa occurrunt moleſta, emittit ſe, nec hoc tantum in neceſſitate ultima facit, ſed quum primum illi coeperit ſuſpecta eſſe fortuna. Nihil exiſtimat ſua referre, faciat finem an accipiat. — Haec exemplo ſuo comprobarunt principes Stoicorum Zeno et Cleanthes vid. Diog. L. VII, 29 et 176.

Fin. 4. 12. *quaedam excerpam.* Mihi in hoc Stoici jocari videntur interdum, quum ita dicant, si ad illam vitam, quae cum virtute degatur, ampulla aut strigilis accedat, sumturum sapientem eam vitam potius, quo haec adjecta sint, nec beatiorem tamen ob eam caus-
c. 16. sam fore. — Stoici, quod ea, quae ad naturam accommodata, et per se assumenda esse dicunt, non adjungunt ad finem bonorum, desciscunt a natura. Ponunt illi quidem prima naturae, sed ea sejungunt a finibus, et a summa bonorum: quae quum ponunt, ut sit aliqua rerum selectio, naturam videntur sequi; quum autem negant, ea quidquam ad beatam vitam pertinere, rursus naturam relinquunt.

c. 19. Quum exspectant et avent audire, cur dolor malum non sit; dicunt Stoici, asperum esse dolere, molestum, contra naturam, difficile toleratu: sed, quia nulla sit in dolore nec fraus, nec improbitas, nec culpa, nec turpitudo, non esse illud malum. Negas, fortem esse quemquam posse, qui dolorem malum putet. Cur fortior sit, si illud asperum et vix ferendum putabit? Ex rebus enim timiditas,
c. 25. non ex vocabulis nascitur. Quae est igitur causa istarum angustiarum? Gloriosa ostentatio in constituendo summo bono. Quum enim, quod honestum sit, id solum bonum esse confirmatur, tollitur cura valitudinis, diligentia rei familiaris, administratio reipublicae, officia vitae. Ex ea diffi-
c. 27. cultate illae fallaciloquentiae natae sunt. Ex iisdem verborum praestigiis et regna nata vobis sunt, et imperia, et divitiae, et tantae quidem, ut omnia, quae ubique sint, sapientis (12) esse dicatis. Solum praeterea formosum, solum liberum, solum civem; stulto-

(12) Ac. 2, 47. Qui sapientes sint aut fuerint, nec ipsi quidem solent dicere.

ſtultorum. omnia contraria, quos etiam inſanos eſſe vultis. Haec *παραδοξα* illi, nos admirabilia dicamus. Quid autem habent admirationis, quum prope acceſſeris? Conferam tecum, quam cuique verbo rem ſubjicias, nulla erit controverſia. Omnia peccata paria dicitis. Quonam modo? quia nec honeſto quidquam honeſtius, nec turpi turpius. Ut porro, inquiunt, in fidibus plurimis, ſi nulla earum ita contenta ſit, ut contentum ſervare poſſit, omnes aeque incontentae ſint: ſic peccata, qui diſcrepant, aeque diſcrepant: paria ſunt igitur. Hic ambiguo ludimur. Aeque enim contingit omnibus fidibus, ut incontentae ſint; illud non continuo, ut aeque incontentae: collatio igitur iſta te nihil juvat. Nec enim, omnes avaritias ſi aeque avaritias eſſe dixerimus, ſequitur etiam ut aequas eſſe dicamus (13).

Hoc uno vitio maxime mihi premi videntur c. 28.
tui Stoici, quod ſe poſſe putant duas contrarias ſen-

(13) Sententiam Stoicorum, quum peccata aequalia eſſe dicerent, luculenter illuſtrat Cicero in Paradoxis (III) „Peccata non rerum eventu ſed vitiis hominum metienda ſunt. In quo peccatur, id poteſt aliud alio majus eſſe aut minus: ipſum quidem illud peccare unum eſt. Auri navem evertat gubernator an paleae: in re aliquantulum, in gubernatoris inſcientia nihil intereſt. — Nihilne igitur intereſt, patrem quis enecet an ſervum? illud intereſt, quod in ſervo necando *ſemel* peccatur: in patris vita violanda *multa* peccantur. violatur is, qui procreavit, is qui aluit, is qui erudivit. *Multitudine* peccatorum praeſtat, eoque poena majore dignus eſt.“ — Stobaeus (Ecl. Eth. p. 181) *ισα παντα λεγουσιν ειναι τα ἁμαρτηματα, ουκ εςι δ' ὁμοια· καϑαπερ γαρ απο μιας τινος πηγης, της κακιας, φερεσϑαι πεφυκε, της κρισεως ουσης εν πασιν τοις ἁμαρτημασι της αυτης· παρα δε την εξωϑεν αιτιαν διαφορα κατα ποιοτητα γιγνεσϑαι τα ἁμαρτηματα.*

tentias obtinere. Quid enim est tam repugnans, quam eundem dicere, quod honestum sit, solum id bonum esse, qui dicat appetitionem rerum ad vivendum accommodatarum a natura profectam? Ita quum ea volunt retinere, quae superiori sententiae conveniunt, in Aristonem (14) incidunt: quum id fugiunt, re eadem defendunt, quae Peripatetici: verba sua tenent mordicus, quae rursus dum sibi evelli ex ore nolunt, horridiores evadunt,
c. 1. asperiores, duriores et oratione et moribus. Multa etiam dicunt, quae vix intelligam.

Inv. 2,53. Virtus habet partes quatuor; prudentiam [φρονησις], justitiam, fortitudinem [ανδρεια], temperantiam [σωφροσυνη].

Tusc. 3,7. Sapientis animus ita semper affectus est, ut ratione optime utatur; nunquam igitur est perturbatus. At aegritudo perturbatio est animi: semper igitur ea sapiens vacabit.

Tusc. 4,6. Partes autem perturbationum volunt *Stoici* ex duobus opinatis bonis nasci et ex duobus opinatis malis: ita esse quatuor. ex bonis libidinem [επιθυμια] et laetitiam [ἡδονη] (ut sit laetitia praesentium bonorum, libido futurorum): ex malis metum [φοβος] et aegritudinem [λυπη] nasci censent: metum, futuris; aegritudinem praesentibus. — Simul objecta species cujuspiam est, quod bonum videatur, ad id adipiscendum impellit ipsa natura; id quum constanter prudenterque fit, ejusmodi appetitionem Stoici βουλησιν appellant, nos appellamus voluntatem: eam illi putant in solo esse sapiente. Quae autem, ratione aversa, incitata est vehementius, ea libido est. Itemque, quum ita movemur, ut in bono simus aliquo, dupliciter id contingit: nam quum ratione animus movetur placide atque constan-

(14) i. e. Aristoni similes fiunt vid. p. 260.

ſtanter, tum illud gaudium [χαρα] dicitur: quum autem effuſe animus exſultat, tum illa laetitia geſtiens vel nimia dici poteſt: quam ita definiunt, ſine ratione animi elationem [επαρσις αλογος]. Quoniamque ut bona natura appetimus, ſic a malis natura declinamus; quae declinatio cum ratione fiet, cautio [ευλαβεια] appelletur, eaque intelligatur in ſolo eſſe ſapiente: quae autem ſine ratione, nominetur metus. Praeſentis autem mali ſapienti affectio nulla eſt: ſtultis autem aegritudo eſt, quae eſt animi, adverſante ratione, contractio. Sic quatuor perturbationes ſunt: tres conſtantiae [ευπαθειαι ſc. βουλησις, χαρα, ευλαβεια]. Sed omnes perturbationes judicio cenſent fieri et opinione, et ſingulis illis perturbationibus partes ejusdem generis plures ſubjiciuntur. Omnium autem c. 9.
perturbationum fontem eſſe dicunt intemperantiam. Ex perturbationibus primum Morbi conficiuntur, quae vocant illi νοσηματα: deinde Aegrotationes, quae appellantur a Stoicis αρρωςηματα. Aegrotatio eſt proclivitas ad aegrotandum vel morbus cum imbecillitate. Sed nimium operae conſumitur a Stoicis, dum morbis corporum comparatur morborum animi ſimilitudo.

Succeſſio ſcholae Stoicae haec fuit: Cleanthes, Chryſippus, (Zeno Tarſenſis), Diogenes Babylonius, Antipater, Panaetius, Poſidonius.

ΚΛΕΑΝΘΗΣ Φανιου, Ασσιος (1), *μαθητης* Suidas.
Κρατητος, ειτα Ζηνωνος, ού και διαδοχος γεγονε· διδασκαλος δε του φιλοσοφου Χρυσιππου. ὑτος προτερον ην πυκτης. ελθων δε εις Αθηνας, ηρασθη φιλοσοφιας, και τοσουτον γεγονε φιλοπονος, ὡςε δευτερος Ἡρακλης κληθηναι. μη εχων γαρ, ὁθεν τραφειη, τας μεν νυκτας ηντλει ὑδωρ μισθῳ, και μεθ᾽ ἡμεραν τοις μαθη-

(1) Aſſus urbs Troadis.

μαθημασι και τοις βιβλιοις εσχολαζεν· όθεν επωνομασθη και φρεαντλης. εγραψε δε πανυ πολλα.

Nat. d. 1, 14. (*Vellejus Epic.* loq.) Cleanthes, qui Zenonem audivit, tum ipsum mundum deum dicit esse, tum totius naturae menti atque animo tribuit hoc nomen: tum ultimum et altissimum atque undique circumfusum et extremum omnia cingentem atque complexum ardorem, qui aether nominetur, certissimum deum judicat. Idemque quasi delirans in iis libris, quos scripsit contra voluptatem, tum fingit forman quandam et speciem deorum, tum divinitatem omnem tribuit astris, tum nihil ratione censet esse divinius.

Ac. 2, 41. Cleanthes, qui quasi majorum est gentium Stoicus, Zenonis auditor, solem dominari et rerum potiri putat (2).

Sed melius de Deo cogitasse Cleanthem nostrum, evincit illius, qui superest, hymnus in Jovem, egregius plane, quem hic adjungere placet.

Κυδις' αθανατων, πολυωνυμε, παγκρατες αιει
Ζευ, φυσεως αρχηγε, νομου μετα παντα κυβερνων,
Χαιρε· σε γαρ παντεσσι θεμις θνητοισι προσαυδαν.
Εκ σου γαρ γενος εσμεν, ηχου μιμημα (3) λαχοντες,
Μουνον, όσα ζωει τε και έρπει θνητ' επι γαιαν.
Τῳ σε καθυμνησω, και σον κρατος αιεν αεισω.
Σοι δη πας όδε κοσμος έλισσομενος περι γαιαν
Πειθεται, ῃ κεν αγῃς, και έκων ὑπο σειο κρατειται.
Τοιον εχεις ὑποεργον ανικητοις ενι χερσιν
Αμφηκη, πυροεντα, αειζωοντα κεραυνον.
Του γαρ ὑπο πληγῃς φυσεως παντ' ερριγασιν,
Ὡι συ κατευθυνεις κοινον λογον, ός δια παντων
Φοιτᾳ,

(2) Το ἡγεμονικον του κοσμου Κλεανθης φησι τον ἡλιον. Diog. L. 7, 139.

(3) Vocis imago i. e. Echo. Homo Dei quasi est Echo i. e. similis illi. Brunk habet ιης.

Φοιτᾳ· μιγνυμενος μεγαλοις μικροις τε φαεσσιν·
Ὁς τοσσος γεγαως ὑπατος βασιλευς δια παντος.
Ουδε τι γιγνεται εργον επι χθονι σου διχα, δαιμον,
Ουτε κατ' αιθεριον θειον πολον, ουτ' ενι ποντῳ,
Πλην ὁποσα ρεζουσι κακοι σφετερῃσιν ανοιαις·
Αλλα συ και τα περισσα επιςασαι αρτια θειναι,
Και κοσμεις τα ακοσμα, και ου φιλα σοι φιλα εςιν.
Ὡδε γαρ εις ἑν παντα συνηρμοκας εσθλα κακοισιν,
Ὡσθ' ἑνα γιγνεσθαι παντων λογον αιεν εοντα.
Ὁν φευγοντες εωσιν, ὁσοι θνητων κακοι εισι.
Δυσμοροι, οἱτ' αγαθων μεν αει κτησιν ποθεοντες,
Ουτ' εσορωσι θεου κοινον νομον, ουτε κλυουσιν,
Ὡι κεν πειθομενοι συν νῳ βιον εσθλον εχοιεν.
Αυτοι δ' αυ ὁρμωσιν ανευ καλου αλλος επ' αλλα,
Οἱ μεν ὑπερ δοξης σπουδην δυσεριςον εχοντες,
Οἱ δ' επι κερδοσυνας τετραμμενοι ουδενι κοσμῳ,
Αλλοι δ' εις ανεσιν και σωματος ἡδεα εργα.
Αλλα Ζευ πανδωρε, κελαινεφες, αρχικεραυνε,
Ανθρωπους ρυοιο απειροσυνης απο λυγρης,
Ἡν συ, πατερ, σκεδασον ψυχης απο, δος δε κυρησαι
Γνωμης, ᾗ πισυνος συ δικης μετα παντα κυβερνας,
Οφρ' αν τιμηθεντες αμειβωμεσθα σε τιμη,
Ὑμνουντες τα σα εργα διηνεκες, ὡς επεοικε
Θνητον εοντ'· επει ουτε βροτοις γερας αλλο τι μειζον,
Ουτε θεοις, η κοινον αει νομον εν δικη ὑμνειν.

Illius de fato ſententia ex his ejus verſibus perſpici poteſt, ſervatis in Epicteti Enchiridio c. 52.

Αγου δε μ' ω Ζευ, και συ γ' ἡ Πεπρωμενη,
Ὁποι ποθ' ὑμιν ειμι διατεταγμενος.
Ὡς ἑψομαι γ' αοκνος· ην δε μη θελω,
Κακος γενομενος, ουδεν ἡττον ἑψομαι.

Cleanthes quatuor modis formatas in animis hominum putat Deorum eſſe notiones. Unus is modus eſt, qui eſt ſuſceptus ex praeſenſione rerum futurarum. Alter ex perturbationibus tempeſtatum et Nat. d. 3, 7.

et reliquis motibus. Tertius ex commoditate rerum, quas percipimus, et copia. Quartus ex astrorum ordine, coelique constantia.

Nat. d. 2, 15. Sidera tota esse ignea duorum sensuum testimonio confirmari Cleanthes putat, tactus et oculorum. Nam solis candor illustrior est, quam ullius ignis, qui in immenso mundo tam longo lateque colluceat: et is ejus tactus est, non ut tepefaciat solum, sed etiam saepe comburat. Quorum neutrum faceret, nisi esset igneus. Ergo, inquit, quum sol igneus sit, oceanique alatur humoribus, quia nullus ignis sine pastu aliquo possit permanere; necesse est aut similis sit igni, quem adhibemus ad usum atque victum, aut ei, qui corporibus animantium continetur. Atque hic noster ignis, quem usus vitae requirit, confector est et consumtor omnium, idemque, quocunque invasit, cuncta disturbat ac dissipat. Contra ille corporeus, vitalis et salutaris, omnia conservat, alit, auget, sustinet, sensuque afficit. Negat ergo esse dubium, horum ignium sol utri similis sit, quum is quoque efficiat, ut omnia floreant et in suo quaeque genere pubescant.

Fin. 2, 21. Tabulam Cleanthes sane commode verbis pingere solebat (4). Jubebat eos, qui audiebant, secum ipsos cogitare pictam in tabula voluptatem, pulcerrimo vestitu et ornatu regali, in solio sedentem; praesto esse virtutes, ut ancillulas, quae nihil

(4) Augustin. de Civ. Dei 5, 20. Solent philosophi, qui finem boni humani in ipsa virtute constituunt, ad ingerendum pudorem quibusdam philosophis, qui voluptatem per se ipsam putant appetendam, virtutes propter ipsam, tabulam quandam verbis pingere, ubi voluptas in sella regali considat, eique virtutes famulae subjiciantur etc.

hil aliud agerent, nullum suum officium ducerent, nisi ut voluptati ministrarent, et eam tantum ad aurem admonerent (si modo id pictura intelligi posset) ut caveret, ne quid faceret imprudens, quod offenderet animos hominum, aut quidquam, e quo oriretur aliquis dolor: nos quidem virtutes sic natae sumus, ut tibi serviremus, aliud negotii nihil habemus.

ΧΡΥΣΙΠΠΟΣ Απολλωνιδου, Σολευς η Ταρσευς *), *φιλοσοφος, μαθητης Κλεανθους· καθηγησαμενος της Στωϊκης σχολης μετα Κλεανθην, και τελευτησας ὁ και γ' ετων, ὑπο του πιειν ακρατον, και ιλιγγιασαι, κατα δε αλλους ὑπο γελωτος απειρου, επι ἑκατοςης τεσσαρακοςης τριτης Ολυμπιαδος. συντεταχε βιβλια πλειω η ψ', φιλοσοφα τε και ἱςορικα και γραμματικα.* Suidas.

Chrysippus, qui fulcire putatur porticum Stoicorum, cum Cleanthe, doctore suo, multis rebus dissidet. Ac. 2, 24. et 47.

De Chrysippo queri solent Stoici: dum studiose omnia conquisierit contra sensus et perspicuitatem, contraque omnem consuetudinem, contraque rationem, ipsum sibi respondentem, inferiorem fuisse, itaque ab eo armatum esse Carneadem. Ac. 2, 27.

Placet Chrysippo, quum gradatim interrogetur, verbi causa, tria pauca sint, anne multa, aliquanto prius, quam ad multa pervenias, quiescere, id est, quod ab iis dicitur *ἡσυχαζειν.* Ac. 2, 29.

(Vellejus Epic. loq.) Chrysippus, qui Stoicorum somniorum vaferrimus habetur interpres, Nat. d. 1, 15.
magnam

*) Strabo l. 14. p. 671. *Σολοι πολις αξιολογος της Κιλικιας. Γεγονασι δ' ανδρες ενθαδε των ονομαςων, και Χρυσιππος ὁ ςωϊκος φιλοσοφος, πατρος ων Ταρσεως, εκειθεν μετοικησαντος.*

magnam turbam congregat ignotorum deorum, atque ita ignotorum, ut eos ne conjectura quidem informare possimus. Ait enim vim divinam in ratione esse positam et universae naturae animo atque mente: ipsumque mundum deum dicit esse, et ejus animi fusionem universam: tum ejus ipsius principatum, qui in mente et ratione versetur, communemque rerum naturam universam atque omnia continentem; tum fatalem vim et necessitatem rerum futurarum; ignem praeterea et aethera; tum ea, quae natura fluerent et quae manerent, ut et aquam, et terram, et aëra; solem, lunam, sidera, universitatemque rerum, qua omnia continerentur; atque homines etiam eos, qui immortalitatem essent consecuti. Idemque disputat, aethera esse eum, quem homines Jovem appellarent: quique aër per maria manaret, eum esse Neptunum: terramque eam esse, quae Ceres diceretur, similique ratione persequitur vocabula reliquorum deorum. Idemque etiam legis perpetuae et aeternae vim, quae quasi dux vitae et magistra officiorum sit, Jovem dicit esse; eandemque fatalem necessitatem appellat, sempiternam rerum futurarum veritatem. Et haec quidem in primo libro de natura deorum: in secundo autem vult Orphei, Musaei, Hesiodi, Homerique fabellas accommodare ad ea, quae ipse primo libro de diis immortalibus dixerat: ut etiam veterrimi poëtae, qui haec ne suspicati quidem sunt, Stoici fuisse videantur.

Div. 1, 3. Acerrimo vir ingenio Chrysippus totam de divinatione duobus libris explicavit sententiam, uno
ib. 20. et 21. praeterea de oraculis, uno de somniis. Collegit innumerabilia oracula Chrysippus, nec ullum sine locuplete auctore atque teste, idemque multa et mi-
Div. 2, 63. nuta somnia collegit. Divinationem autem definit his verbis, Vim cognoscentem et videntem et expli-

plicantem signa, quae a diis hominibus portendantur: officium autem esse ejus praenoscere, dii erga homines mente qua sint, quidque significent, quemadmodumque ea procurentur atque expientur. Idemque somniorum conjectionem definit hoc modo: Esse vim cernentem et explanantem, quae a diis hominibus significentur in somnis.

Concludit Chrysippus *(contra Epicurum)* hoc modo. Si est motus sine causa; non omnis enuntiatio, quod *αξιωμα* dialectici appellant, aut vera aut falsa erit. Causas enim efficientes quod non habebit, id nec verum nec falsum erit. Omnis autem enuntiatio aut vera aut falsa est: motus ergo sine causa nullus est. Quod si ita est, omnia, quae fiunt, causis fiunt antegressis: id si ita est, omnia fato fiunt: efficitur igitur, fato fieri, quaecunque fiant. Ac mihi quidem videtur, quum duae sententiae fuissent veterum philosophorum, una eorum, qui censerent omnia ita fato fieri, ut id fatum vim necessitatis afferret; altera eorum, quibus viderentur sine ullo fato esse animorum motus voluntarii; Chrysippus, tanquam arbiter honorarius, medium ferire voluisse: sed applicat se ad eos potius, qui necessitate motus animi liberatos volunt. Dum autem verbis utitur suis, delabitur in eas difficultates, ut necessitatem fati confirmet invitus. Quum autem et necessitatem improbaret, et nihil vellet sine praepositis causis evenire; causarum genera distinguit, ut et necessitatem effugiat, et retineat fatum. Causarum enim, inquit, aliae sunt perfectae et principales, aliae adjuvantes et proximae. Quamobrem quum dicimus, omnia fato fieri causis antecedentibus; non hoc intelligi volumus, causis perfectis et principalibus, sed causis adjuvantibus antecedentibus et proximis: quae si ipsae non sunt in nostra potestate, non sequitur ut ne appetitus

Fat. 10. ib. c. 17. ib. c. 18.

T qui-

quidem ſit in noſtra poteſtate: at hoc ſequeretur, ſi omnia perfectis et principalibus cauſis fieri diceremus, ut, quum hae cauſae non eſſent in noſtra poteſtate, ne illé quidem eſſet in noſtra poteſtate. — Et quanquam aſſenſio non poſſit fieri niſi commota viſo; tamen quum id viſum proximam cauſam habeat, non principalem, hanc habet rationem, ut Chryſippus vult, non ut illa quidem fieri poſſit nulla vi extrinſecus excitata (neceſſe eſt enim aſſenſionem viſo commoveri), ſed revertitur ad cylindrum et ad turbinem ſuum, quae moveri incipere, niſi pulſa, non poſſunt: id autem quum accidit, ſuapte natura, quod ſupereſt, et cylindrum volvi et verſari turbinem putat. Ut igitur, inquit, qui protrulit cylindrum, dedit ei principium motionis, volubilitatem autem non dedit: ſic viſum objectum imprimet illud quidem et quaſi ſignabit in animo ſuam ſpeciem, ſed aſſenſio noſtra erit in poteſtate: eaque, quemadmodum in cylindro dictum eſt, extrinſecus pulſa, quod reliquum eſt, ſuapte vi et natura movebitur.

Fin. 4, 11. Chryſippus exponens differentias animantium, ait alias earum corpore excellere, alias autem animo, nonnullas valere utraque re: deinde diſputat, quod cujusque generis animantis ſtatui deceat extremum. Quum autem hominem in eo genere poſuiſſet, ut ei tribueret animi excellentiam: ſummum bonum id conſtituit, non ut excellere animo, ſed uti nihil eſſe praeter animum videretur. Uno autem modo in virtute ſola ſummum bonum recte poneretur, ſi quod eſſet animal, quod totum ex mente conſtaret: id ipſum tamen ſic, ut ea mens nihil haberet in ſe, quod eſſet ſecundum naturam; ut valitudo eſt.

Nat. d. 2, 64. Sui, ne putiſceret, animam ipſam pro ſale datam dicit eſſe Chryſippus.

Scripſit

Scripsit artem rhetoricam Cleanthes, Chrysippus etiam, sed sic ut, si quis obmutescere concupierit, nihil aliud legere debeat. — Etenim videmus, jejune quosdam et exiliter, ut eum, quem acutissimum ferunt, Chrysippum disputavisse; neque ob eam rem philosophiae non satisfecisse, quod non habuerit hanc dicendi in arte aliena facultatem. Fin. 4, 3. Or. 1, 11.

Athenis statua est in Ceramico Chrysippi, sedentis, porrecta manu. Fin. 1, 11.

Chrysippum subsequens unum librum [de divinatione] Babylonius Diogenes edidit, ejus auditor. Ab hoc Stoico dialecticam dedicerat Carneades. Ex tribus istis clarissimis philosophis, quos Romam venisse dixi (p. 190), Diogenes fuit, qui diceret, artem se tradere bene differendi, et vera ac falsa dijudicandi, quam verbo Graeco διαλεκτικην appellabat. Nec hunc coëgit in suis studiis obmutescere senectus. Div. 1, 3. Ac. 2, 30. Or. 2, 38. Senect. 7.

Diogenes Babylonius in eo libro, qui inscribitur de Minerva, partum Jovis ortumque virginis ad physiologiam traducens, disjungit a fabula. Idem Chaldaeis concedit, aliquid ut praedicere possint, duntaxat qualis quisque natura et ad quam quisque maxime rem aptus futurus sit. Cetera, quae profiteantur, negat ullo modo posse sciri. Nat. d. 1, 15. Div. 2, 43.

Diogenes bonum definiit, id, quod esset natura absolutum. Divitias autem censet non eam modo vim habere, ut quasi duces sint ad voluptatem et ad valitudinem bonam, sed etiam ut ea contineant: non idem facere eas in virtute, neque in ceteris artibus, ad quas esse dux pecunia potest, continere autem non potest. Itaque si voluptas, aut si bona valitudo sit in bonis, divitias quoque in bonis esse Fin. 3, 10. ib. 15.

ponendas: at, si sapientia bonum sit, non sequi, ut etiam divitias bonum esse dicamus.

Ac. 2, 6. ANTIPATER Stoicus multus in eo fuit, ut
ib. 34. contra Academicos dissereret. Sed reprehensus est, quod diceret, consentaneum esse ei, qui affirmaret nihil posse comprehendi, id ipsum saltem di-
Off. 3, 12. cere posse comprehendi. — In nonnullis causis aliud Diogeni Babylonio videri solet, magno et gravi Stoico, aliud Antipatro, discipulo ejus, homini acutissimo. Antipatro, omnia patefacienda, ut nequid omnino, quod venditor norit, emtor ignoret: Diogeni, venditorem, quatenus jure civili constitutum sit, dicere vitia oportere: cetera sine insidiis agere, et, quoniam vendat, velle quam optime vendere.

Ac. 2, 47. Duo vel principes Dialecticorum, Antipater et Archidemus, opiniosissimi homines, nonne multis in rebus dissentiunt?

Div. 1, 3. A Stoicis vel princeps ejus disciplinae, Posidonii doctor, discipulus Antipatri, degeneravit PANAETIUS: nec tamen ausus est negare, vim esse
Div. 2, 42. divinandi, sed dubitare se dixit: et unus e Stoicis astrologorum praedicta rejecit.

Ac. 2, 2. P. Africani in legatione illa nobili, quam ante censuram obiit, Panaetius unus omnino comes fuit.
Fin. 4, 9. Homo hic in primis ingenuus et gravis, dignus illa familiaritate Scipionis et Laelii, quum ad Q. Tuberonem de dolore patiendo scriberet, nusquam posuit, non esse malum dolorem; sed quid esset et quale, quantumque in eo inesset alieni, deinde quae ratio esset perferendi: cujus quidem, quoniam Stoicus fuit, sententia condemnata mihi vide-
Fin. 4, 28. tur esse immanitas ista verborum. *Omnino* Stoicorum tristitiam atque asperitatem fugiens Panaetius, nec

nec acerbitatem ſententiarum nec diſſerendi ſpinas probavit, fuitque in altero genére mitior, in altero illuſtrior: ſemperque habuit in ore Platonem, Ariſtotelem, Xenocratem, Theophraſtum, Dicaearchum, ut ipſius ſcripta declarant. *Attamen* a Platone ſuo diſſentit. Quem enim omnibus locis divinum, quem ſapientiſſimum, quem ſanctiſſimum, quem Homerum philoſophorum appellat, hujus hanc unam ſententiam de immortalitate animorum non probat. Vult enim, quod nemo negat, quidquid natum ſit, interire; naſci autem animos, quod declaret eorum ſimilitudo, qui procreentur, quae etiam in ingeniis, non ſolum in corporibus appareat. Alteram autem affert rationem: nihil eſſe, quod doleat, quin id aegrum eſſe quoque poſſit: quod autem in morbum cadat, id etiam interiturum: dolere autem animos: ergo etiam interire. Conſtat autem animus, ut videri video Panaetio, ex inflammata anima. Tuſc. 1, 32. Tuſc. 1, 18.

Panaetium addubitare dicebant, an eventurum ſit, quod Stoici putant, ut ad extremum omnis mundus igneſceret. Nat. 2, 46.

Panaetius, qui ſine controverſia de officiis accuratiſſime diſputavit, quemque nos, correctione quadam adhibita, potiſſimum ſecuti ſumus, tribus generibus propoſitis, in quibus deliberare homines et conſultare de officio ſolerent, uno, quum dubitarent, honeſtumne id eſſet, de quo ageretur, an turpe: altero, utilene an inutile: tertio, ſi id, quod ſpeciem haberet honeſti, pugnaret cum eo, quod utile videretur, quomodo ea diſcerni oporteret: de duobus generibus primis, tribus libris explicavit: de tertio autem genere deinceps ſe ſcripſit dicturum, nec exſolvit, quod promiſerat. Quod eo magis miror, quia ſcriptum a diſcipulo ejus Poſidonio eſt, triginta annis vixiſſe Panaetium, Off. 3, 2.

posteaquam eos libros edidisset. Minime vero assentior iis, qui negant, eum locum a Panaetio praetermissum, sed consulto relictum, nec omnino scribendum fuisse, quia nunquam posset utilitas cum honestate pugnare. Accedit eodem testis locuples Posidonius, qui etiam scribit, P. Rutilium Rufum dicere solere, qui Panaetium audierat, ea, quae Panaetius praetermisisset et non perfecisset, propter eorum, quae perfecisset, praestantiam, neminem ib. 7. esse persecutum. Defendendus autem in hoc est Panaetius, quod non utilia cum honestis pugnare aliquando posse dixerit (neque enim ei fas erat), sed ea, quae viderentur utilia. Nihil vero utile, quod non idem honestum: nihil honestum, quod non idem utile sit, saepe testatur: negatque ullam pestem majorem in vitam hominum invasisse, quam eorum opinionem, qui ista distraxerint.

Leg. 3, 6. Locus de magistratibus non sane a Stoicis tractatus est, nisi a Dione, et postea a magno homine Off. 2, 14. et in primis erudito, Panaetio. — Judicis est, semper in causis verum sequi, patroni nonnunquam verisimile, etiam si minus sit verum, defendere; quod scribere non auderem, nisi idem placeret gravissimo Stoicorum, Panaetio.

Tusc. 2, 25. Posidonium et ipse saepe vidi, et id dicam, quod solebat narrare Pompejus: se, quum Rhodum venisset decedens ex Syria, audire voluisse Posidonium; sed quum audivisset, eum graviter esse aegrum, quod vehementer ejus artus laborarent, voluisse tamen nobilissimum philosophum visere: quem quum vidisset et salutavisset, honorificisque verbis prosecutus esset, molesteque se dixisset ferre, quod eum non posset audire: at ille, Tu vero, inquit, potes: nec committam, ut dolor corporis efficiat, ut frustra tantus vir ad me venerit.

rit. Itaque narrabat, eum graviter et copiose de hoc ipso, nihil esse bonum nisi quod honestum esset, cubantem disputavisse: cumque quasi faces ei doloris admoverentur, saepe dixisse: Nihil agis, dolor: quamvis sis molestus, nunquam te esse confitebor malum.

Sphaeram nuper familiaris noster effecit Posidonius, cujus singulae conversiones idem efficiunt in sole, et in luna, et in quinque stellis errantibus, quod efficitur in coelo singulis diebus et noctibus. Nat. d. 1, 34.

Quinque noster Posidonius de divinatione libros edidit, et prognosticorum causas persecutus est. Divinare autem morientes, etiam illo exemplo confirmat, quo affert, Rhodium quendam morientem sex aequales nominasse et dixisse, qui primus eorum, qui secundus, qui deinde deinceps moriturus esset. Sed tribus modis censet deorum appulsu homines somniare: uno, quod praevideat animus ipse per sese, quippe qui deorum cognatione teneatur: altero, quod plenus aër sit immortalium animorum, in quibus tanquam insignitae notae veritatis appareant: tertio, quod ipsi dii cum dormientibus colloquantur. *Praeterea* esse censet in natura signa quaedam rerum futurarum. — Sed pudet me Chrysippi, Antipatri, Posidonii, qui dicunt, ad hostiam deligendam ducem esse vim quandam sentientem atque divinam, quae toto confusa mundo sit. Div. 1, 3. et 2, 21. Div. 1, 30. Div. 1, 57. Div. 2, 15.

Hecatonem Rhodium, discipulum Panaetii, video in libris, quos de officio scripsit, dicere: sapientis esse, nihil contra mores, leges, instituta facientem, habere rationem rei familiaris. Off. 3, 15.

Ac. 2, 36. DIODOTUM Stoicum a puero audivi, qui mecum vivit tot annos, qui habitat apud me, quem admiror et diligo.

Brut. 90. Att. 2, 20. Tusc. 5, 39. Stoicus Diodotus nuper est domi meae mortuus. Reliquit nobis HS fortasse centies. Ab hoc quum in aliis rebus tum studiosissime in dialectica exercebar. Coecus multos annos domi nostrae vixit. Is vero, quod credibile vix esset, quum in philosophia multo etiam magis assidue, quam antea, versaretur, et quum fidibus Pythagoreorum more uteretur, quumque ei libri noctes et dies legerentur, quibus in studiis oculis non egebat; tum, quod sine oculis fieri posse vix credetur, geometriae munus tuebatur, verbis praecipiens discentibus, unde, quo, quamque lineam scriberent.

XV. EPICUREI

quorum auctor fuit

EPICURUS.

Suidas. *Επικουρος Νεοκλεους, Αθηναιοις, Γαργηττιος τον δημον, μητρος Χαιρεστρατης. φιλοσοφιας δε ηρξατο απο ενιαυτων ιβ'· πρωτον μεν εν Σαμω διατριψας συν τοις γονευσιν· ειτα σχολαρχησας εν Μιτυληνη, ειτα εν Λαμψακω. και ουτως εν Αθηναις εν ιδιω κηπω οικειαν αιρεσιν εισηγησατο, ακουσας δε Ναυσιφανους του Δημοκριτειου, και Παμφυλου του Πλατωνος μαθητου. γεγονε δε επι της ρθ' (109) Ολυμπιαδος, μετα έπτα ενιαυτους της Πλατωνος τελευτης. και διεμεινεν ή αυτου σχολη έως Καισαρος του πρωτου, ετη σλζ' (237), εν οίς διαδοχοι αυτης εγενοντο ιδ'. συγγραμματα δε αυτου πολλα.*

Nat. d. 1, 26. Epicurus gloriabatur, ut videmus in scriptis, se magistrum habuisse nullum, quod et non praedicanti tamen facile crederem: sicut mali

aedificii

aedificii domino glorianti, se architectum non habuisse. Nihil enim olet ex Academia, nihil ex Lyceo, nihil ne e puerilibus quidem disciplinis. Xenocratem audire potuit: quem virum! dii immortales! et sunt qui putent audivisse: ipse non vult. Credo plus nemini. Pamphilum quendam, Platonis auditorem, ait a se Sami auditum. ibi enim adolescens habitabat cum patre et fratribus, quod in eam pater ejus Neocles agripeta (i. e. *colonus*) venerat. Sed quum agellus eum non satis aleret, ut opinor, ludimagister fuit. Sed hunc Platonicum mirifice contemnit Epicurus; ita metuit, ne quid unquam didicisse videatur. In Nausiphane Democriteo tenetur, quem quum a se non neget auditum, vexat tamen omnibus contumeliis. Atqui si haec Democritea non audisset, quid audierat? quid est in physicis Epicuri non a Democrito? Nam etsi quaedam immutavit, ut in inclinatione atomorum: tamen pleraque dicit eadem; atomos, inane, imagines, infinitatem locorum, innumerabilitatemque mundorum, eorum ortus, interitus, omnia fere, quibus naturae ratio continetur. Sed in ipsum Democritum, quem secutus est et cujus fontibus hortulos suos irrigavit, fuit ingratus: Aristotelem quoque contumeliosissime vexavit: Phaedoni Socratico turpissime maledixit: Metrodori, sodalis sui, fratrem Timocratem, quia nescio quid in philosophia dissentiret, totis voluminibus concidit: Nausiphanem, magistrum suum, a quo nonnihil didicerat, male accepit. Nat. d. 1, 33 (et 43)

Cicero in primo et secundo de Finibus libro Epicuri rationem ethicam et exposuit, et refutavit. In prooemio haec fere de Epicuro ejusque philosophia occurrunt. Epicuri ratio plerisque notissima est: quae a nobis sic exposita est, ut ab ipsis, qui eam disciplinam probant, non soleat accura- Fin. 1, 5.

tius explicari. verum enim invenire volumus, non tanquam adversarium aliquem convincere. Accurate autem quondam a L. Torquato defensa est Epicuri sententia de voluptate, a meque rei responsum. Nam quum ad me in Cumanum salutandi causa venisset, pauca primo inter nos de litteris, deinde Torquatus: Quoniam nactus te, inquit, sum aliquando otiosum, certe audiam, quid sit, quod Epicurum nostrum non tu quidem oderis, ut fere faciunt, qui ab eo dissentiunt; sed certe non probes, eum, quem ego arbitror unum vidisse verum, maximisque erroribus animos hominum liberavisse, et omnia tradidisse, quae pertinerent ad bene beateque vivendum: sed existimo te minus eo delectari, quod ista Platonis, Aristotelis, Theophrasti orationis ornamenta neglexerit.

Fin. 1, 6. *(Cicero ipse acerbus Epicuri adversarius loq.)* Principio in physicis, quibus maxime gloriatur, Epicurus propemodum totus est alienus. Democrito se addicit, perpauca mutans, sed ita, ut ea, quae corrigere vult, mihi quidem depravare videatur. Censet enim, illa Democriti individua et solida corpora *(vel atomos vid. supra p. 74)* ferri suo deorsum pondere ad lineam: hunc naturalem esse omnium corporum motum. Deinde ibidem homo acutus, quum illud occurreret, si omnia deorsum e regione ferrentur, et, ut dixi, ad lineam, nunquam fore, ut atomus altera alteram posset attingere: attulit rem commenticiam (1): declinare dixit ato-

(1) Aliam hujus immutationis rationem affert noster de Nat. d. 1, 25.: „Epicurus, quum videret, si atomi ferrentur in locum inferiorem suopte pondere, nihil fore in nostra potestate, quod esset earum motus certus et necessarius: invenit, quomodo necessitatem effugeret, quod videlicet Democritum fugerat. Ait ato-

atomum perpaullum, quo nihil posset fieri minus, ita effici complexiones et adhaesitationes atomorum inter se: ex quo efficeretur mundus, omnesque partes mundi, quaeque in eo essent. Quae quum res tota ficta sit pueriliter, tum ne efficit quidem quod vult. Nam et ipsa declinatio ad libidinem fingitur (ait enim declinare atomum sine causa, quum nihil turpius physico, quam fieri sine causa quidquam dicere); et illum motum naturalem omnium ponderum, ut ipse constituit, e regione inferiorem locum petentium, sine causa eripuit atomis: nec tamen id, cujus causa haec finxerat, assecutus est. Nam si omnes atomi declinabunt, nullae unquam cohaerescent; sin aliae declinabunt, aliae suo nutu recte ferentur, primum erit hoc quasi provincias atomis dare, quae recte, quae oblique ferantur; deinde eadem illa atomorum, in quo etiam Democritus haeret, turbulenta concursio hunc mundi ornatum efficere non poterit. Ne illud quidem physici, credere, aliquid esse minimum; quod profecto nunquam putavisset, si a Polyaeno, familiari suo, geometriam discere maluisset, quam illam etiam ipsum dedocere. Sol Democrito magnus videtur, quippe homini erudito, in geometriaque perfecto: huic bipedalis fortasse: tantum enim esse censet, quantus videtur, vel paullo aut majorem, aut minorem. Ita, quae mutat, ea corrumpit: quae sequitur, sunt tota Democriti: atomi, inane, imagines, quae idola nominant, quorum incursione non solum videamus, sed etiam cogitemus (*vid. p. 75*). Infinitio ipsa, quam *απειριαν* vocant, tota ab illo est: tum innumerabiles mundi, qui et oriantur et inter-

atomum, quum pondere et gravitate directo deorsum feratur, declinare paullulum." conf. etiam de Fato c. 10.

interéant quotidie. Quae etsi mihi nullo modo probantur: tamen Democritum, laudatum a ceteris, ab hoc, qui eum unum secutus est, nollem vituperatum.

c. 7. Jam in altera philosophiae parte, quae est quaerendi ac disserendi, quae λογικη dicitur, Epicurus plane, ut mihi quidem videtur, inermis ac nudus est. Tollit definitiones, nihil de dividendo ac partiendo docet: non, quomodo efficiatur concludaturque ratio, tradit: non, qua via captiosa solvantur, ambigua distinguantur, ostendit. Judicia rerum in sensibus ponit: quibus si semel aliquid falsi pro vero probatum sit, sublatum esse omne judicium veri et falsi putat.

In tertia vero parte, quae est de vita et moribus, in constitutione finis nil generosum sapit atque magnificum. Confirmat illud vel maxime, quod ipsa natura, ut ait ille, asciscat et reprobet, id est, voluptatem et dolorem. Ad haec, et quae sequamur et quae fugiamus, refert omnia. quod quanquam Aristippi est, a Cyrenaicisque melius liberiusque defenditur: tamen ejusmodi esse judico, ut nihil homine videatur indignius. Haec igitur Epicuri non probo, inquam. De cetero, vellem equidem aut ipse doctrinis fuisset instructior (est enim non satis politus iis artibus, quas qui tenent, eruditi appellantur) aut ne deterruisset alios a studiis.

Ac. 2, 30. Nat. d. 1, 25. Epicurus totam dialecticam et contemnit et irridet, quumque a dialecticis traditum sit, in omnibus disjunctionibus, in quibus Aut etiam aut non poneretur, alterutrum verum esse: pertimuit, ne, si concessum esset hujusmodi aliquid, Aut vivet cras aut non vivet Epicurus, alterutrum fieret necessarium: totum hoc, Aut etiam aut non, negavit esse necessarium. Quo quid dici potest obtusius?

tusius? Credulus hic nunquam sensus mentiri putat. Timuit enim Epicurus, ne, si unum visum esset falsum, nullum esset verum: omnes sensus veri nuntios dixit esse. Ac. 2, 30. Nat. 1, 25.

In libro primo de Nat. deor. Vellejus Epicuri rationem physicam explicat. Scribit Cicero: Vellejus fidenter sane, ut solent isti, tanquam modo ex deorum concilio et ex Epicuri intermundiis (²) descendisset: Audite, inquit, non futiles commenticiasque sententias, *quales sunt ceterorum philosophorum*, quae, qui consideret, quam inconsulte ac temere dicantur, venerari Epicurum et in eorum ipsorum numero, de quibus haec quaestio est, habere debeat. Solus enim vidit, primum esse deos, quod in omnium animis eorum notionem impressisset ipsa natura. Quae est enim gens, aut quod genus hominum, quod non habeat sine doctrina anticipationem quandam deorum? quam appellat πρόληψιν Epicurus, id est, anteceptam animo rei quandam informationem, sine qua nec intelligi quidquam, nec quaeri, nec disputari potest. Cujus rationis vim atque utilitatem ex illo coelesti Epicuri de regula et judicio volumine accepimus. Quum igitur non instituto aliquo aut lege sit opinio constituta, maneatque ad unum omnium firma consensio: intelligi necesse est, esse deos, quoniam insitas eorum vel potius innatas cognitiones habemus. Sed fateamur constare illud etiam, hanc nos habere sive anticipationem, sive praenotionem deorum (sunt enim rebus novis nova ponenda nomina, ut Epicurus ipse πρόληψιν appellavit, quam antea nemo Nat. d. 1, 8. c. 16. c. 17.

(2) Origenes (Philosophumena c. 22). *Καθησθαι τον θεον (φησιν Επικουρος) εν τοις Μετακοσμιοις, ούτω καλουμενοις. εξω γαρ του κοσμου οικητηριον του θεου εθετο ειναι, λεγομενον τα μετακοσμια.*

nemo eo verbo nominarat); hanc igitur habemus, ut deos beatos et immortales putemus. Quae enim nobis natura informationem deorum ipſorum dedit, eadem inſculpſit in mentibus, ut eos aeternos et beatos haberemus. Quod ſi ita eſt, vere expoſita illa ſententia eſt ab Epicuro: „Quod beatum aeternumque ſit, id nec habere ipſum negotii quidquam, nec exhibere alteri: itaque neque ira neque gratia teneri, quod, quae talia eſſent, imbecilla eſſent omnia (3).“ His remotis, intelligitur nullos a ſuperis impendere metus.

c. 18. De forma dei partim natura nos admonet, partim ratio docet; nam a natura habemus omnes omnium gentium, ſpeciem nullam aliam, niſi humanam, deorum. Quae enim alia forma occurrit unquam aut vigilanti cuiquam aut dormienti? Sed ratio hoc idem ipſa declarat. Si omnium animantium formam vincit hominis figura, Deus autem animans eſt; ea figura profecto eſt, quae pulcerrima ſit omnium: quoniamque deos beatiſſimos eſſe conſtat, beatus autem eſſe ſine virtute nemo poteſt, nec virtus ſine ratione conſtare, nec ratio usquam ineſſe, niſi in hominis figura; hominis eſſe ſpecie deos confitendum eſt. Nec tamen ea ſpecies corpus eſt, ſed quaſi corpus, nec habet ſanguinem, ſed quaſi ſanguinem. Haec et inventa ſunt acutius et dicta ſubtilius ab Epicuro, quam ut quivis ea poſſit agnoſcere. Epicurus autem docet, eam eſſe vim et naturam deorum, ut primum non ſenſu, ſed mente cernatur; nec ſoliditate quadam nec ad numerum, ut

(3) Pertinet hoc ad Epicuri *κυριας δοξας*, quas ſervavit Diogenes Laert. Harum prima eſt (X, 139) *Το μακαριον και αφθαρτον ουτε αυτο πραγματα εχει ουτε αλλῳ παρεχει· ὡςε ουτε οργαις ουτε χαρισι συνεχεται. εν ασθενει γαρ παν το τοιουτον.*

ut ea, quae ille propter firmitatem *στερεμνια* appellat, sed imaginibus similitudine et transitione perceptis (4): quumque infinita simillimarum imaginum species ex innumerabilibus individuis exsistat, et a deo affluat, tum in eas imagines mentem intentam infixamque nostram intelligentiam, capere quae sit et beata natura et aeterna. Summa vero vis c. 19.
infinitatis magna ac diligenti contemplatione dignissima est: in qua intelligi necesse est eam esse naturam, ut omnia omnibus paribus paria respondeant: hanc *ισονομιαν* appellat Epicurus, id est, aequabilem tributionem (5). Ex hac igitur illud efficitur, si mortalium tanta multitudo sit, esse immortalium non minorem: et si, quae interimant, innumerabilia sint, etiam ea, quae conservent, infinita esse debere. Quaerere a nobis soletis, quae vita deorum sit. Ea videlicet, qua nihil beatius cogitari potest: nihil enim agit, nullis occupationibus est implicatus: nulla opera molitur: sua sapientia et virtute gaudet: habet exploratum, fore se semper quum in maximis tum in aeternis voluptatibus. Nos autem c. 20.
beatam vitam in animi securitate et in omnium vacatione munerum ponimus: docuit enim nos idem,

(4) i. e. quae semper similes sibi effluerent ex diis. Diog. L. 10, 139. *Επικουρος φησι τους θεους λογῳ θεωρητους ειναι· οὓς μεν* (fortasse leg. *ου μεν*) *κατ' αριθμον ὑφεστωτας· οὓς δε* (forsan *αλλα*) *κατα ὁμοειδιαν εκ της συνεχους επιρρυσεως των ὁμοιων ειδωλων επι το αυτο, αποτετελεσμενους ανθρωποειδως.*

(5) Cotta refutans Vellejum postea (c. 39) dicit. „Confugis ad aequilibritatem: sic enim *ισονομιαν*, si placet, appellemus: et ais, quoniam sit natura mortalis, immortalem etiam esse oportere. Isto modo, quoniam homines mortales sunt, sint aliqui immortales: et quoniam nascuntur in terra, nascantur et in aqua.“

idem, qui cetera, natura effectum esse mundum; nihil opus fuisse fabrica; tamque eam rem esse facilem, quam vos (*Stoici*) effici negatis sine divina posse sollertia, ut innumerabiles natura mundos effectura sit, efficiat, effecerit. Quod quia quemadmodum natura efficere sine aliqua mente possit, non videtis: ut tragici poëtae, confugitis ad deum: cujus operam profecto non desideraretis, si immensam et interminatam in omnes partes magnitudinem regionum videretis: in quam se injiciens animus et intendens ita late longeque peregrinatur, ut nullam tamen oram ultimi videat, in qua possit insistere. In hac igitur immensitate latitudinum, longitudinum, altitudinum, infinita vis innumerabilium volitat atomorum: quae, interjecto inani, cohaerescunt tamen inter se et aliae alias apprehendentes continuantur: ex quo efficiuntur hae rerum formae et figurae.

c. 30. *Cotta refutans physicam Epicuri rationem, haec inter alia dicit.* Novi ego Epicureos omnia sigilla venerantes: quanquam video nonnullis videri, Epicurum, ne in offensionem Atheniensium caderet, verbis reliquisse deos, re sustulisse. Itaque in illis selectis ejus brevibusque sententiis, quas appellatis *κυριας δοξας,* haec, ut opinor, prima sententia est: Quod beatum et immortale est, id nec
c. 41. habet nec exhibet cuiquam negotium. At etiam de sanctitate, de pietate adversus deos, libros scripsit Epicurus. At quomodo in his loquitur? ut Coruncanium aut Scaevolam, pontifices maximos, te audire dicas: non eum, qui sustulerit omnem funditus religionem, et rationibus deorum templa et aras everterit. Quid est enim, cur deos ab hominibus colendos dicas, quum dii non modo homines non colant, sed omnino nihil curent, nihil
c. 44. agant? Quae autem potest esse sanctitas, si dii humana

mana non curant? Verius est igitur nimirum illud, quod Posidonius disseruit in libro quinto de natura deorum, nullos esse deos Epicuro videri; quaeque is de diis immortalibus dixerit, invidiae detestandae gratia dixisse: neque enim tam desipiens fuisset, ut homunculi similem deum fingeret, lineamentis duntaxat extremis, non habitu solido; membris hominis praeditum omnibus, usu membrorum ne minimo quidem; exilem quendam atque perlucidum, nihil cuiquam tribuentem, nihil gratificantem, omnino nihil curantem, nihil agentem.

Deos jocandi causa induxit Epicurus perlucidos, et perflabiles, et habitantes, tanquam inter duos lucos, sic inter duos mundos, propter metum ruinarum. Ergo hic circuitione quadam deos tollens, recte non dubitat divinationem tollere. Nihil enim tam irridet Epicurus, quam praedictionem rerum futurarum. Div. 2, 17. Nat. d. 2, 65.

Epicurus, quem hebetem et rudem dicere solent Stoici, hoc modo, quod in natura rerum omne esse dicimus, id infinitum esse conclusit. Quod finitum est, inquit, habet extremum. Quod habet extremum, id cernitur ex alio extrinsecus. At quod omne est, id non cernitur ex alio extrinsecus. Nihil igitur quum habeat extremum, infinitum sit necesse est. Div. 2, 5.

Ethices Epicuri apud Ciceronem sedes est liber primus atque secundus de Finibus; in priori Torquatus disciplinam Epicuri explicat; in altero Cicero refutat. Torquatus haec inter alia affert:

Extremum et ultimum bonorum, quod omnium philosophorum sententia tale debet esse, ut ad id omnia referri oporteat, ipsum autem nusquam, Epicurus in voluptate ponit, quod summum bonum esse vult; summumque malum, dolorem, idque in- Fin. 1, 9.

instituit docere sic: Omne animal, simulatque natum sit, voluptatem appetere, eaque gaudere, ut summo bono; dolorem aspernari, ut summum malum, et, quantum possit, a se repellere: idque facere nondum depravatum, ipsa natura incorrupte atque integre judicante. Itaque negat opus esse disputatione, quamobrem voluptas expetenda, fugiendus dolor sit: sentiri hoc putat, ut calere ignem,
c. 10. nivem esse albam. Sed ut perspiciatis, unde omnis iste natus sit error voluptatem accusantium doloremque laudantium, totam rem aperiam: eaque ipsa, quae ab illo inventore veritatis et quasi architecto beatae vitae dicta sunt, explicabo. Nemo enim ipsam voluptatem, quia voluptas sit, aspernatur; sed quia consequuntur magni dolores eos, qui ratione voluptatem sequi nesciunt. Neque porro quisquam est, qui dolorem ipsum, quia dolor sit, amet; sed quia nonnunquam ejusmodi tempora incidunt, ut labore et dolore magnam aliquam quaerat voluptatem. At vero eos accusamus et justo odio dignissimos ducimus, qui blanditiis praesentium voluptatum deliniti atque corrupti, quos dolores et quas molestias excepturi sint, occoecati cupiditate non provident, similique sunt in culpa, qui officia deserunt mollitia animi, id est, laborum et dolorum fuga. Itaque rerum hic tenetur a sapiente delectus, ut aut rejiciendis voluptatibus majores alias consequatur, aut perferendis doloribus asperiores repellat.

c. 11. Nunc autem explicabo, voluptas ipsa quae qualisque sit, ut tollatur error omnis imperitorum, intelligaturque, ea, quae voluptaria, delicata, mollis habeatur disciplina, quam gravis, quam continens, quam severa sit. Non enim hanc solam sequimur, quae suavitate aliqua naturam ipsam movet; et cum jucunditate quadam percipitur sensibus,

ſibus, ſed maximam illam voluptatem habemus, quae percipitur omni dolore detracto. Itaque non placuit Epicuro, medium eſſe quiddam inter dolorem et voluptatem. Illud enim ipſum, quod quibusdam medium videtur, quum omni dolore caret, non modo voluptatem eſſe, verum etiam ſummam voluptatem. Omnis autem privatione doloris putat Epicurus terminari ſummam voluptatem: ut poſtea variari voluptas diſtinguique poſſit, augeri amplificarique non poſſit. — Et appetendi et re- c. 12.
fugiendi et omnino rerum gerendarum initia proficiſcuntur aut a voluptate aut a dolore. quod quum ita ſit, perſpicuum eſt, omnes rectas res atque laudabiles eo referri, ut cum voluptate vivatur. Summum bonum qui in una virtute ponunt, ſplen- c. 13.
dore nominis capti, quid natura poſtulet, non intelligunt. Iſtae enim eximiae virtutes niſi voluptatem efficerent, quis eas aut laudabiles aut expetendas arbitraretur? Quam autem dicam voluptatem, jam videtis, ne invidia verbi labefactetur oratio mea. Nam quum ignoratione rerum bonarum et malarum maxime hominum vita vexetur, ſapientia eſt adhibenda, quae, omnium falſarum opinionum temeritate dempta, certiſſimam ſe nobis ducem praebeat ad voluptatem. Sapiens ſolus, amputata inanitate omni et errore, naturae finibus contentus, ſine aegritudine poteſt et ſine metu vivere. Quae eſt enim aut utilior aut ad bene vivendum aptior partitio, quam illa, qua eſt uſus Epicurus? qui unum genus poſuit earum cupiditatum, quae eſſent et naturales et neceſſariae: alterum, quae naturales eſſent, nec tamen neceſſariae: tertium, quae nec naturales nec neceſſariae. Quarum ea ratio eſt, ut neceſſariae nec opera multa nec impenſa expleantur. Ne naturales quidem multa deſiderant, propterea quod ipſa natura divitias, quibus contenta ſit,

et parabiles et terminatas habet. Inanium autem cupiditatum nec modus ullus nec finis inveniri potest, hisque parendum non est (c. 16).

c. 18. Clamat Epicurus, is, quem vos nimis voluptatibus esse deditum dicitis: Non posse jucunde vivi, nisi sapienter, honeste, justeque vivatur; nec sapienter, honeste, juste, nisi jucunde (*vid. Diog.*
c. 19. L. 10. f. 132 et 140). — Ab Epicuro sapiens semper beatus sic inducitur: finitas habet cupiditates, negligit mortem, de diis immortalibus sine ullo metu vera sentit; non dubitat, si ita melius sit, migrare de vita. His rebus instructus semper est in voluptate: neque enim tempus est ullum, quo non plus habeat voluptatum quam dolorum; nam et praeterita grate meminit, et praesentibus ita potitur, ut animadvertat, quanta sint ea quamque jucunda; neque pendet ex futuris, sed exspectat illa, fruitur praesentibus; et quum stultorum vitam cum sua comparat, magna afficitur voluptate: dolores autem, si qui incurrunt, nunquam vim tantam habent, ut non plus habeat sapiens, quod gaudeat, quam quod angatur. Optime vero Epicurus, quod exiguam dicit fortunam intervenire sapienti: maximasque ab eo et gravissimas res consilio ipsius et ratione administrari: neque majorem voluptatem ex infinito tempore aetatis percipi posse, quam ex hoc percipiatur, quod videamus esse finitum. In Dialectica autem vestra nullam vim existimavit esse nec ad melius vivendum nec ad commodius disserendum. In Physicis plurimum posuit. Nisi enim rerum natura perspecta erit, nullo modo poterimus sensuum judicia defendere. Quidquid porro animo cernimus, id omne oritur a sensibus: qui si omnes veri erunt, ut Epicuri ratio docet, tum denique poterit aliquid cognosci et percipi.

De

De amicitia Epicurus ita dicit: Omnium rerum, quas ad beate vivendum sapientia comparaverit, nihil esse majus amicitia, nihil uberius, nihil jucundius. Neque vero hoc oratione solum, sed multo magis vita et factis et moribus comprobavit. Epicurus enim una in domo et ea quidem angusta quam magnos quantaque amoris conspiratione consentientes tenuit amicorum greges! Praeclare autem Epicurus his paene verbis: Eadem, inquit, sententia confirmavit animum, ne quod aut sempiternum aut diuturnum timeret malum; quae perspexit, in hoc ipso vitae spatio amicitiae praesidium esse firmissimum. c. 20.

Nonne Epicuro maximam gratiam habere debemus, qui, exaudita quasi voce naturae, sic eam firme graviterque comprehenderit, ut omnes bene sanos in viam placatae, tranquillae, beatae vitae deduceret? qui quod tibi parum videtur eruditus, ea causa est, quod nullam eruditionem esse duxit, nisi quae beatae vitae disciplinam juvaret. c. 21.

Ex libro secundo etiam, in quo Cicero Epicuri rationem refutat, nonnulla adjicienda sunt.

Dico ipsum Epicurum, quid sit voluptas, nescire et in eo nutare. Etenim aut Epicurus, quid sit voluptas, aut omnes mortales, qui ubique sunt, nesciunt. Quonam, Torquatus inquit, modo? Quia voluptatem hanc esse sentiunt omnes, quam sensus accipiens movetur, et jucunditate quadam perfunditur. Quid ergo, istam voluptatem, inquit, Epicurus ignorat? Non semper, inquam, nam interdum nimis etiam novit, quippe qui testificetur, ne intelligere quidem se posse, ubi sit aut quid sit ullum bonum, praeter illud, quod cibo et potione et aurium delectatione et obscoena voluptate Fin. 2, c. 3.

 capiatur.

capiatur. An haec ab eo non dicuntur (6)? Quasi vero me pudeat, inquit, istorum, aut non possim, quemadmodum ea dicantur, ostendere. Ego vero non dubito, inquam, quin facile possis; nec est, quod te pudeat, sapienti assentiri, qui se unus, quod sciam, sapientem profiteri sit ausus. — Alia vero vis voluptatis est, alia nihil dolendi. Estne quaeso sitienti in bibendo voluptas? Quis, inquit, istud posset negare? Eademne, inquam, quae restincta siti? Immo alio genere. Restincta enim sitis stabilitatem voluptatis habet, inquit; illa autem voluptas ipsius restinctionis in motu est. Cur igitur, inquam, res tam dissimiles eodem nomine appellas? Quid paullo ante, inquit, dixerim nonne meministi, quum

(6) Tusc. 3, 18 ita scribit Cicero: „Sunt haec tua verba, Epicure, necne? In eo quidem libro, qui continet omnem disciplinam tuam, dicis haec: Nec equidem habeo, quod intelligam bonum illud, detrahens eas voluptates, quae sapore percipiuntur, detrahens eas, quae auditu et cantibus; detrahens eas etiam, quae ex formis percipiuntur oculis, suaves motiones, sive quae aliae voluptates in toto homine gignuntur quolibet sensu. Nec vero ita dici potest, mentis laetitiam solam esse in bonis; laetantem enim mentem ita novi, spe eorum omnium, quae supra dixi, fore ut natura his potiens dolore careat. Atque haec quidem iis verbis; quivis ut intelligat, quam voluptatem norit Epicurus. Deinde paullo infra: Saepe quaesivi (inquit) ex his, qui appellabantur sapientes, quid haberent, quod in bonis relinquerent, si illa detraxissent; nisi si vellent voces inanes fundere. Nihil ab his potui cognoscere; qui si virtutes ebullire nolent et sapientias, nihil aliud dicent, nisi eam vim, qua efficiantur eae voluptates, quas supra dixi. Quae sequuntur, in eadem sententia sunt, totusque liber, qui est de summo bono, refertus est verbis et sententiis talibus.“

quum omnis dolor detractus esset, variari, non augeri voluptatem? Memini vero, inquam: sed tu istuc dixti bene latine, parum plane. — Ista varietas quae sit, non satis perspicio, quod ais, quum dolore careamus, tum in summa voluptate nos esse: quum autem vescamur iis rebus, quae dulcem motum afferant sensibus, tum esse in motu voluptatem, qui faciat varietatem voluptatum; sed non augeri illam non dolendi voluptatem; quam cur voluptatem appelles, nescio. Sit sane nihil melius; num pro- c. 4.
pterea idem voluptas est, quod indolentia? Sed frequenter dici solet a vobis, non intelligere nos, quam dicat Epicurus voluptatem: quanquam non c. 5.
negatis, nos intelligere, quid sit voluptas, sed quid ille dicat; ex quo efficitur, ut ille suo more loquatur, nostrum negligat. Si enim idem dicit, quod Hieronymus vid p 106 et 236), qui censet summum bonum esse, sine ulla molestia vivere, cur mavult dicere voluptatem, quam vacuitatem doloris? Sin autem voluptatem putat adjungendam illam, quae sit in motu (sic enim appellat hanc dulcem, in motu, illam nihil dolentis, in stabilitate) quid tendit? quum efficere non possit, ut cuiquam, qui ipse notus sibi sit, vacuitas doloris et voluptas idem esse videatur. Voluptatem si explicavisset Epicurus, non tam hae- c. 6.
sitaret. Aut enim eam voluptatem tueretur, quam Aristippus, id est, qua sensus dulciter ac jucunde movetur; aut, si magis placeret suo more loqui, hoc non dolere solum voluptatis nomine appellaret, illud Aristippeum contemneret: aut, si utrumque probaret, ut probat, conjungeret doloris vacuitatem cum voluptate, sententiamque Hieronymi cum Aristippi vetere sententia, et duobus ultimis uteretur. Sed vos ex his tam dissimilibus rebus non modo nomen unum, sed etiam rem unam ex duabus facere conamini, quod fieri nullo modo pot-

est. Eam ipsam voluptatem, quam eodem nomine omnes appellamus, laudat locis plurimis, et audet dicere, ne suspicari quidem se ullum bonum sejunctum ab illo Aristippeo genere voluptatis: atque ibi hoc dicit, ubi omnis ejus est oratio de summo bono (vid. paullo ante not. 6). In alio vero libro, in quo breviter comprehensis gravissimis sententiis quasi oracula edidisse sapientiae dicitur, scribit his verbis, quae nota tibi profecto, Torquate, sunt; quis enim vestrum non edidicit Epicuri *Κυριας δοξας*, id est, quasi maxime ratas; quia gravissimae sint ad beate vivendum breviter enunciatae sententiae. Animadverte igitur, rectene hanc sententiam interpreter: „Si ea, quae sunt luxuriosis efficientia voluptatum, liberarent eos deorum et mortis et doloris metu, docerentque, qui essent fines cupiditatum nihil haberemus, quod reprehenderemus, quum undique complerentur voluptatibus, nec haberent ulla ex parte aliquid aut dolens aut
c. 10. aegrum, id est autem malum." — Interdum quidem voluptatem in motu (sic enim has suaves et quasi dulces voluptates appellat) ita extenuat, ut M' Curium putes loqui: interdum ita laudat, ut quid praeterea sit bonum, neget se posse ne suspicari quidem.

c. 25 et 26. Praecepta Epicuri funditus evertunt amicitiam, quamvis eam Epicurus, ut facit, in coelum efferat laudibus. Dixit enim, amicitiam a voluptate non posse divelli, ob eamque rem colendam esse, quod sine ea tuto et sine metu vivi non posset. At coluit ipse amicitias. Quasi quis illum neget, et bonum virum et comem et humanum fuisse. De ingenio ejus in his disputationibus, non de moribus quaeritur. Sed quamvis comis in amicitiis tuendis fuerit, tamen, si haec vera sunt (nihil enim affirmo), non satis acutus fuit. At multis se probavit: et

et quidem jure fortasse; sed tamen non gravissimum est testimonium multitudinis.

Negat Epicurus, diuturnitatem temporis ad c. 27.
beate vivendum aliquid afferre, nec minorem voluptatem percipi in brevitate temporis, quam si illa sit sempiterna. — Negat idem tenuissimo victu minorem voluptatem percipi quam rebus exquisitissimis ad epulandum. — Est autem Epicuri disciplina Ac. 2, 42.
cum Cyrenaicis de ipsa voluptate non consentiens (vid. p. 105).

Traditur ab Epicuro ratio negligendi doloris. Fin. 2, 28.
Maximus dolor, inquit, brevis est; si longus, levis. et 29.
Audi moriens quid dicat Epicurus, ut intelligas, c. 30.
facta ejus cum dictis discrepare: „Epicurus Hermacho salutem. Quum ageremus, inquit, vitae beatum et eundem supremum diem (7), scribebamus haec. Tanti autem morbi aderant vesicae et viscerum (8), ut nihil ad eorum magnitudinem posset accedere. Compensabatur tamen cum his omnibus animi laetitia, quam capiebam memoria rationum inventorumque nostrorum: sed tu, ut dignum est tua erga me et erga philosophiam voluntate ab adolescentulo suscepta, fac ut Metrodori (9) tueare liberos.“ Huc et illuc, Torquate, vos versetis licet; c. 31.
nihil in hac praeclara epistola scriptum ab Epicuro congruens et conveniens decretis ejus reperietis.

U 5 Ita

(7) „Mortuus est Epicurus, quum duo et septuaginta annos vixisset, Archonte Pytharato.“ Fat. 9.

(8) Diog. L. 10, 22: ςραγγουρια τε παρηκολουθηκει και δυσεντερικα παθη. Quare Cicero scribit (Ep. Fam. 7, 26): „Epicurum Stoici male accipiunt, quia dicat, δυσουρικα και δυσεντερικα παθη sibi molesta esse: quorum alterum morbum edacitatis esse putant, alterum etiam turpioris intemperantiae.“

(9) Metrodorus familiarissimus Epicuri fuit.

Ita redarguitur ipſe a ſeſe, vincunturque ſcripta ejus probitate ipſius ac moribus. Nam iſta commendatio puerorum, memoria et caritas amicitiae, ſummorum officiorum in extremo ſpiritu conſervatio, indicat, innatam eſſe homini probitatem gratuitam, non invitatam voluptatibus nec praemiorum mercedibus evocatam. Sed ut epiſtolam laudandam arbitror eam, quam modo totidem fere verbis interpretatus ſum, ſic ejusdem teſtamentum non ſolum a philoſophi gravitate, ſed etiam ab ipſius ſententia judico diſcrepare. Scripſit enim et multis ſaepe verbis, et breviter apteque in eo libro (10), quem modo nominavi, mortem nihil ad nos pertinere: quod enim diſſolutum ſit, id eſſe ſine ſenſu: quod autem ſine ſenſu ſit, id nihil omnino ad nos pertinere. Quaero autem, quid ſit, quod, quum diſſolutione, id eſt, morte ſenſus omnis extinguatur, et quum reliqui nihil ſit omnino, quod pertineat ad nos, tam accurate tamque diligenter caveat et ſanciat „ut Amynomachus et Timocrates, heredes ſui, de Hermachi ſententia dent, quod ſatis ſit ad diem agendum natalem ſuum quotannis, menſe Gamelione: itemque omnibus menſibus, viceſimo die lunae, dent ad eorum epulas, qui una ſecum philoſophati ſint, ut et ſui et Metrodori memoria colatur“ (vid. Diog. L. 10, 18 ſqq)

Fin. 5,27. coll. Dixerit Epicurus, ſemper beatum eſſe ſapientem, quod quidem ſolet ebullire nonnunquam. Tuſc. 2,7. Affirmat etiam quodam loco, ſi uratur ſapiens, ſi crucietur, in Phalaridis tauro ſi erit, dicet: Quam ſuave

(10) Nempe in Κυριαις δοξαις (Diog. L. 10, 139) Graeca ſunt: Ὁ θανατος ȣδεν προς ἡμας· το γαρ διαλυθεν αναισθητει· το δε αναισθητȣν ȣδεν προς ἡμας. Noſter alibi (Tuſc. 5, 31) ſcribit: „De morte ita ſentit Epicurus, ut diſſoluto animante ſenſum extinctum putet.“

ſuave eſt! quam hoc non curo! Non pugnem cum homine, cur tantum habeat in natura boni: illud urgeam, non intelligere eum, quid ſibi dicendum ſit, quum dolorem ſummum malum eſſe dixerit.

Epicurus cenſet, neceſſe eſſe omnes in aegritudine eſſe, qui ſe in malis eſſe arbitrentur; ſive illa ante proviſa et exſpectata ſint, ſive inveteraverint: nam neque vetuſtate minui mala, nec fieri praemeditata leviora; ſtultamque etiam eſſe praemeditationem futuri mali, aut fortaſſe ne futuri quidem; ſatis eſſe odioſum malum omne, quum veniſſet; qui autem ſemper cogitaviſſet, accidere poſſe aliquid adverſi, ei fieri illud ſempiternum malum: ſi vero ne futurum quidem ſit, fruſtra ſuſcipi miſeriam voluntariam; ita ſemper angi aut accipiendo aut cogitando malo. Levationem autem aegritudinis in duabus rebus ponit, avocatione a cogitanda moleſtia, et revocatione ad contemplandas voluptates: parere enim cenſet animum rationi poſſe, et quo illa ducat, ſequi. Vetat igitur nos intueri moleſtias; abſtrahit ab acerbis cogitationibus; hebetat aciem ad miſerias contemplandas, a quibus quum cecinit receptui, impellit rurſum et incitat ad conſpiciendas totaque mente contrectandas varias voluptates; quibus ille, et praeteritarum memoria et ſpe conſequentium, ſapientis vitam refertam putat. Haec noſtro more nos diximus; Epicurei dicunt ſuo. Tuſc. 3, 15.

Negat Epicurus jucunde poſſe vivi, niſi cum virtute vivatur: negat ullam in ſapientem vim eſſe fortunae: tenuem victum antefert copioſo, et nemo de tenui victu plura dixit; negat ullum eſſe tempus, quo ſapiens non beatus ſit. Omnia philoſopho digna; ſed cum voluptate pugnantia. *Omnino* multa Tuſc. 3, 20 coll. 5, 32. Tuſc. 5, 9.

ta praeclare saepe dicit Epicurus: quam constanter convenienterque dicat, non laborat (11).

Seneca Ep. 6. METRODORUM et HERMACHUM et POLYAENUM, magnos viros non schola Epicuri sed contubernium fecit.

Fin. 2, 3. METRODORUM *) non putant ipsum se professum sapientem; sed, quum appellaretur ab Epicuro, repudiare tantum beneficium noluisse.

Nat. d. 1, 40. Philo noster ferre non poterat, aspernari Epicureos molles et delicatas voluptates. Summa enim memoria pronuntiabat plurimas Epicuri sententias his ipsis verbis, quibus erant scriptae. Metrodori vero, qui est Epicuri collega sapientiae, multa impudentiora recitabat. Accusat enim Timocratem, fratrem suum, Metrodorus, quod dubitet omnia, quae

(11) Juvat h. l. adjicere Senecae locum, qui contra Stoicorum morem saepius laudat Epicurum. Scribit autem (de vita beata c. 13): „Epicuri voluptatis laudatio perniciosa est, quia honesta praecepta intra latent; quod corrumpit, apparet. In ea quidem ipse sententia sum (invitis hoc nostris popularibus [i. e. *Stoicis*] dicam), sancta Epicurum et recta praecipere, et, si propius accesseris, tristia: voluptas enim illa ad parvum et exile revocatur; et quam nos virtuti legem dicimus, eam ille dicit voluptati. Jubet illam parere naturae: parum est autem luxuriae, quod naturae satis est. Itaque non dico, quod plerique nostrorum, sectam Epicuri flagitiorum magistram esse, sed illud dico, male audit, infamis est: et immerito. Nec hoc scire quisquam potest nisi interius fuerit admissus: frons ipsa dat locum fabulae, et ad malam spem invitat."

*) Lampsacenus fuit. Atheniensem certe eum non fuisse, ut censent nonnulli, patet ex Ciceronis verbis (Tusc. V, 37) „Qui beatior Epicurus, quod in patria vivebat, quam, quod Athenis Metrodorus?

quae ad beatam vitam pertineant, ventre metiri: neque id semel dicit, sed saepius. Annuere te, Vellei, video. Proferrem libros, si negares.

Metrodorus, paene alter Epicurus, perfecte eum beatum putat, cui corpus bene constitutum sit, et exploratum, ita semper fore. — *Alibi tamen* Metrodorus, Occupavi, inquit, te, fortuna, atque cepi, omnesque aditus tuos interclusi, ut ad me adspirare non posses. Praeclare, si Aristo Chius, aut si Stoicus Zeno diceret, qui, nisi quod turpe esset, nihil malum duceret. Tu vero, Metrodore, qui omne bonum in visceribus medullisque condideris, et definieris, summum bonum firma corporis affectione explorataque spe contineri, fortunae aditus interclusisti? Quo modo? isto enim bono jam exspoliari potes. Atqui his capiuntur imperiti, et propter hujusmodi sententias istorum hominum est multitudo. Fin. 2,28. et Tusc. 2,8. Tusc. 5,9.

Epicurum et Metrodorum non fere praeter suos quisquam in manus sumit. Tusc. 2,3.

Polyaenus, qui magnus mathematicus fuisse dicitur, postea Epicuro assentiens totam geometriam esse falsam credidit. Ac. 2,33.

Non modo Epicurus et Metrodorus et Hermachus contra Pythagoram, Platonem, Empedoclemque dixerunt, sed meretricula etiam Leontium contra Theophrastum scribere ausa est: scito illa quidem sermone et Attico, sed tamen — Tantum Epicuri hortus habuit licentiae. Nat. d. 1, 33.

Timagoras Epicureus negat sibi unquam, quum oculum torsisset, duas ex lucerna flammulas esse visas. Opinionis enim esse mendacium, non oculorum. Ac. 2,25

(Cotta

Nat. d. 1, 21. *(Cotta Academicus loq.)* ZENONEM, quem Philo noster coryphaeum appellare Epicureorum solebat, quum Athenis essem, audiebam frequenter, et quidem ipso auctore Philone: credo, ut facilius judicarem, quam illa bene refellerentur, quum a principe Epicureorum accepissem, quemadmodum dicerentur. Non igitur ille, ut plerique, sed distincte, graviter, ornate. Sed mihi usu saepe venit, ut moleste ferrem, tantum ingenium in tam leves, ne dicam in tam ineptas, sententias incidisse.

ib. 33. *Et tamen* Zeno hic non eos solum, qui tum erant, Apollodorum, Syllum (12), ceteros figebat maledictis; sed Socratem ipsum, parentem philosophiae, Latino verbo utens, scurram Atticum dicebat: Chrysippum nunquam nisi Chesippum (13) vocabat.

Tusc. 3, 17. Ille acriculus, me audiente Athenis, senex Zeno, Epicureorum acutissimus, contendere et magna voce dicere solebat: eum esse beatum, qui praesentibus voluptatibus frueretur, confideretque se fruiturum aut in omni aut in magna parte vitae, dolore non interveniente: aut, si interveniret, si summus foret, futurum brevem: si productior, plus habiturum jucundi quam mali; haec cogitantem fore beatum, praesertim si et ante perceptis bonis contentus esset, nec mortem nec deos extimesceret. Habes formam Epicuri vitae beatae, verbis Zenonis expressam, nihil ut possit negari.

Nisi-

(12) Apollodorus fuit Academicus, at Syllus ignotus est.

(13) a χεζειν. Carneades eum Κρυψιππον vocabat (Diog. L. 7, 182) quoniam statua ejus a vicina statua equestri occuleretur. Eodem forsan et ista nominis detortio spectat.

Nisi mihi Phaedrum, quo nihil elegantius, nihil humanius, mentitum aut Zenonem putas (quorum utrumque audivi quum mihi nihil sane praeter sedulitatem probarent), omnes mihi Epicuri sententiae satis notae sunt. Atque eos, quos nominavi, cum Attico nostro frequenter audivi; quum miraretur ille quidem utrumque, Phaedrum autem etiam amaret. Fin. 1, 5. et Nat. d. 1, 33.

Cum Patrone Epicureo mihi omnia sunt: nisi quod in philosophia vehementer ab eo dissentio. Sed et me coluit inprimis, et me habuit suorum defensorum et amicorum fere principem: et jam a Phaedro, qui nobis, quum pueri essemus, antequam Philonem cognovimus, valde ut philosophus, postea tamen, ut vir bonus et suavis et officiosus probabatur, traditus mihique commendatus est. Fam. 13, 1.

De Epicureis in genere nonnulla.

Epicurei duas partes philosophiae putaverunt esse, Naturalem atque Moralem; Rationalem removerunt. Deinde quum ipsis rebus cogerentur, ambigua secernere, falsa sub specie veri latentia coarguere, ipsi quoque locum, quem de judicio et regula appellant (*graece Κανονικον*), alio nomine rationalem induxerunt, sed eum accessionem esse Naturalis partis existimant. Seneca Ep. 89.

Epicurei tales enuntiationes (Aut sauciabitur Philocteta aut non sauciabitur) nec veras nec falsas esse dicunt. aut, quum id pudet, illud tamen dicunt, quod est impudentius, veras esse ex contrariis disjunctiones, sed quae in his enuntiata essent, eorum neutrum esse verum. O admirabilem licen- Fat. 16.

Fin. 2, 4. centiam et miserabilem inscientiam disserendi! Quin etiam disputant Epicurei, nihil opus esse ei, qui philosophus futurus sit, scire litteras.

Fin. 1, 7. Quaeritur saepe, cur tam multi sint Epicurei. Sunt aliae quoque causae, sed multitudinem hoc maxime allicit, quod ita putat dici ab Epicuro, recta et honesta quae sint, ea facere ipsa per se laetitiam, id est, voluptatem.

Seneca Vit. beat. 13. Non ab Epicuro impulsi luxuriantur, sed vitiis dediti luxuriam suam in philosophiae sinu abscondunt, et eo concurrunt, ubi audiunt laudari voluptatem. Nec aestimatur voluptas illa Epicuri (ita enim mehercules sentio) quam sobria et sicca sit: ad nomen ipsum advolant, quaerentes libidinibus suis patrocinium aliquod ac velamentum.

Fin. 2, 18. Eo major vis est naturae, quod ipsi Epicurei, qui omnia ad suum commodum et, ut ipsi dicunt, ad voluptatem referunt, tamen ea faciunt, e quibus appareat, non voluptatem eos sed officium sequi. ib. 25. *Igitur* mihi quidem, quod et ipse Epicurus bonus vir fuit, et multi Epicurei fuerunt et hodie sunt et in amicitiis fideles, et in omni vita constantes et graves, nec voluptate, sed officio consilia moderantes, hoc videtur major vis honestatis et minor voluptatis. Ita enim vivunt quidam, ut eorum vita refellatur oratio. Atque ut ceteri existimantur dicere melius quam facere: sic hi mihi videntur facere melius quam dicere. Tusc. 3, 41. Queruntur tamen quidam Epicurei, viri optimi, me studiose dicere contra Epicurum.

Fin. 2, 31. Equidem dico, magis fuisse Epicureorum, agere Epicuri diem natalem, quam illius, testamento cavere, ut ageretur (*vid. supra p. 314*). Res tota non doctorum hominum, velle post mortem epulis celebrari memoriam sui nominis. Quos quidem

dies

dies quemadmodum agant, et in quantam hominum facetorum urbanitatem incurrant, non dico.

Epicuri imaginem non modo in tabulis Epicu- Fin. 5, 1.
rei ſed etiam in poculis et in annulis habent.

XVI. SCEPTICI

quorum princeps fuit

PYRRHO.

Πυρρων Ηλειος, Πλειςαρχου μεν ην υἱος. προτερον Diog. L.
ην ζωγραφος· και ηκουσε Βρυσωνος του Στιλπωνος. 9, 61.
ειτα Αναξαρχῳ (vid. p. 80) ξυνακολουθων πανταχου,
ὡςε και τοις Γυμνοσοφιςαις εν Ινδια συμμιξαι και
τοις Μαγοις. ὁθεν και γενναιοτατα δοκει φιλοσοφη-
σαι, το της ακαταληψιας και εποχης ειδος εισαγαγων.
ουδεν γαρ εφασκεν ουτε καλον ουτε αισχρον, ουτε δι-
καιον ουτε αδικον. και ὁμοιως επι παντων, μηδεν ει-
ναι τῃ αληθεια, νομῳ δε και εθει παντα τους ανθρω-
πους πραττειν· ου γαρ μαλλον τοδε η τοδε ειναι ἑκα-
ςον. ακολουθος δ' ην και τῳ βιῳ, μηδεν εκτρεπομενος
μηδε φυλαττομενος, ἁπαντα ὑφιςαμενος, ἁμαξας, ει
τυχοι, και κρημνους, και κυνας και ὁσα τοιαυτα, μη-
δεν ταις αισθησεσιν επιτρεπων· σωζεσθαι μεντοι φα-
σιν ὑπο των γνωριμων παρακολουθουντων. Αινεσι-
δημος δε φησι, φιλοσοφειν μεν αυτον κατα τον της
εποχης λογον, μη μεντοι γε απροορατως ἑκαςα πρατ-
τειν. ὁ δε προς τα ενενηκοντα ετη κατεβιω.

Pyrrhoni ſummum bonum eſt, ea [*quae ſint* Ac. 2, 42.
media vel αδιαφορα] ne ſentire quidem ſapientem,
quae *απαθεια* nominatur. — Itaque mihi videntur Fin. 4, 16.
omnes quidem illi erraſſe, qui finem bonorum eſſe
dixerunt Honeſte vivere, ſed alius alio magis:
Pyrrho ſcilicet maxime, qui, virtute conſtituta,
nihil omnino, quod appetendum ſit, relinquat, et Fin. 3, 3.
omnia exaequet.

Aristocl. ap Euseb. Pr. Ev. 14, 18. *Πυρρωνος εγενετο μαθητης Τιμων Φλιασιος, ὃς το μεν πρωτον εχορευεν εν τοις θεατροις· επειτα δ' εντυχων Πυρρωνι, συνεγραψεν αργαλεας παρωδιας και βωμολοχους, εν αἷς βεβλασφημηκε παντας τους πωποτε φιλοσοφησαντας. οὗτος γαρ ην ὁ τους Σιλλους γραψας. — εχθες και πρωην εν Αλεξανδρεια τη κατ' Αιγυπτον, Αινησιδημος τις αναζωπυρειν ηρξατο τον ὕθλον τουτον· και σχεδον οἱ μεν κρατιςοι δοκουντες ειναι των την ὁδον βεβαδικοτων ταυτην, εισιν οὗτοι· εγω δε ουδε φιλοσοφιαν οιομαι δειν ονομαζειν αυτην, αναιρουσαν γε δητας του φιλοσοφειν αρχας.*

Gellius 11, 5. Quos Pyrrhonios philosophos vocamus, ii Graeco cognomento *σκεπτικοι* appellantur. Id ferme significat quasi quaesitores et consideratores; nihil enim decernunt, nihil constituunt, sed in quaerendo semper considerandoque sunt, quidnam sit omnium rerum, de quo decerni constituique possit. Ac ne videre quoque plane quidquam neque audire sese putant; sed ita pati afficique quasi videant vel audiant. Eaque ipsa, quae affectiones istas in sese efficiant, qualia et cujusmodi sint, cunctantur atque insistunt; omniumque rerum fidem veritatemque, mixtis confusisque signis veri atque falsi, ita incomprensibilem videri ajunt, ut quisquis homo est non praeceps neque judicii sui prodigus, his uti verbis debeat, quibus auctorem philosophiae istius Pyrrhonem esse usum tradunt: *ου μαλλον οὕτως εχει τοδε η εκεινως η ουδετερως.* Indicia enim rei cujusque et sinceras proprietates negant posse nosci et percipi: idque ipsum docere atque ostendere multis modis conantur. Vetus autem quaestio et a multis scriptoribus Graecis tractata est, an quid et quantum inter Pyrrhonios et Academicos philosophos intersit. Utrique enim *σκεπτικοι, εφεκτικοι, απορητικοι* dicuntur, quoniam utrique nihil affirmant nihilque comprehendi putant. Differre tamen inter sese et propter alia

alia quaedam, et vel maxime propterea existimati sunt, quod Academici quidem ipsum illud nihil posse comprehendi, quasi comprehendunt, et nihil posse decerni, quasi decernunt: Pyrrhonii ne id quidem ullo pacto videri verum dicunt, quod nihil esse verum videtur *).

SECTIO III.

DE PHILOSOPHIA ROMANORUM, INPRIMIS IPSIUS CICERONIS.

Numam Pompilium, regem nostrum, fuisse Pythagoreum ferunt; qui annis permultis ante fuit, quam ipse Pythagoras: quo etiam major vir habendus est, quum illam sapientiam constituendae civitatis duobus prope seculis ante cognovit, quam eam Graeci natam esse senserunt. Or. 2, 37.

Illa, quae natura, non litteris assecuti sunt nostri, neque cum Graecia neque ulla cum gente sunt conferenda. Sed doctrina Graecia nos et omni litterarum genere superabat. Philosophia jacuit usque ad hanc aetatem, nec ullum habuit lumen litterarum Latinarum. Tusc. 1, 1.

Quum multis locis nostrorum hominum ingenia virtutesque soleo mirari, tum maxime his in studiis, quae sero admodum expetita, in hanc civitatem e Graecia transtulerunt. Hoc autem loco consideranti mihi studia doctrinae, multa sane occurrunt, cur ea quoque Tusc. 4, 1.

*) Accuratius utriusque sectae discrimen exposuit Scepticorum celeberrimus, Sextus Empir. (Pyrrhon. hypotypos. l. 1. c. 33.) Attamen idem mediam Academiam vel Arcesilae disciplinam cum Sceptica unam propemodum fuisse censet. *vid. supra* p. 188.

quoque arcessita aliunde, neque solum expetita sed etiam conservata et culta videantur. Erat enim illis paene in conspectu praestanti sapientia et nobilitate Pythagoras. Pythagorae autem doctrina permanavisse mihi videtur in hanc civitatem (vid. supra p.
t. 5. 51). Sapientiae igitur studium vetus id quidem in nostris: sed tamen ante Laelii aetatem et Scipionis non reperio, quos appellare possim nominatim. Quibus adolescentibus Stoicum Diogenem, et Academicum Carneadem video ad senatum ab Atheniensibus missos esse legatos (vid p. 190) qui ad illud munus electi non essent, nisi in quibusdam principibus, temporibus illis, fuissent studia doctrinae. Qui quum cetera litteris mandarent, alii jus civile, alii orationes suas, alii monumenta majorum: hanc amplissimam omnium artium, bene vivendi disciplinam vita magis quam litteris persecuti sunt. Itaque illius verae elegantisque philosophiae, quae ducta a Socrate in Peripateticis adhuc permansit, et idem alio modo dicentibus Stoicis, quum Academici eorum controversias disceptarent, nulla fere sunt, aut pauca admodum Latina monumenta; sive propter magnitudinem rerum occupationemque hominum, sive etiam, quod imperitis ea probari posse non arbitrabantur: quum interim, illis silentibus, C. Amafinius (*Epicureus*) exstitit dicens: cujus libris editis commota multitudo contulit se ad eandem potissimum disciplinam, sive quod erat cognitu perfacilis, sive quod invitabat illecebris blandis voluptatis, sive etiam, quia nihil prolatum erat melius; illud, quod erat, tenebant. Post Amafinium autem multi ejusdem aemuli rationis multa quum scripsissent, Italiam totam occupaverunt; quodque maximum argumentum est, non dici illa subtiliter, quod etiam facile ediscantur, et ab indoctis probentur; id illi firmamentum esse disciplinae putant.

Senect. i. et Arch. 7. Si M. CATO senex, illis temporibus doctissimus, eruditius videbitur disputare quam consuevit ipse in suis libris, attribuito Graecis litteris, quarum constat eum perstudiosum fuisse in senectute. —
Ac. 2, 2. Ego autem quum Graecas litteras M. Catonem in senectute didicisse acceperim; P. autem Africani, histo-

historiae loquantur, in legatione illa nobili, quam ante censuram obiit, Panaetium unum omnino comitem fuisse: nec litterarum Graecarum nec philosophiae jam ullum auctorem requiro. Nam certe non tulit ullos haec civitas aut gloria clariores, aut auctoritate graviores, aut humanitate politiores, P. Africano, C. Laelio, L. Furio, qui secum eruditissimos homines ex Graecia palam semper habuerunt. Atque ego *(P. Crassus, orator, loq.)* ex istis saepe audivi, quum dicerent, pergratum Athenienses et sibi fecisse et multis principibus civitatis, quod, quum ad senatum legatos de suis maximis rebus mitterent, tres illius aetatis nobilissimos philosophos misissent, Carneadem et Critolaum et Diogenem. Itaque eos, dum Romae essent, et a se et ab aliis frequenter auditos. Ex his Laelius, qui Diogenem Stoicum adolescens, post autem Panaetium audierat, dictus est sapiens.

de Or. 2, 37.

Fin. 2, 8.

Majore studio LUCULLUS quum omni litterarum generi, tum philosophiae deditus fuit, quam, qui illum ignorabant, arbitrabantur. Nec ineunte aetate solum, sed et pro quaestore aliquot annos et in ipso bello. Quum autem e philosophis ingenio scientiaque putaretur Antiochus, Philonis auditor, excellere, eum secum et quaestor habuit, et, post aliquot annos, imperator. Quumque esset divina quadam memoria rerum, ea saepe audiendo facile cognovit, quae vel semel audita meminisse potuisset. Delectabatur autem mirifice lectione librorum, de quibus audiebat.

Ac. 2, 2.

CICERO.

Multum fluxisse video de libris nostris, quos complures brevi tempore edidimus, variumque sermonem, partim admirantium, unde hoc philosophandi nobis subito studium exstitisset; partim, quid quaque de re certi haberemus, scire cupientium. Multis etiam sensi mirabile videri, eam nobis potissimum probatam esse philosophiam, quae lucem eriperet, et quasi noctem quandam rebus offunderet, desertaeque disciplinae et jam pridem relictae patro-

Nat. d. 1, 3.

cinium nec opinatum a nobis esse susceptum. Nos autem nec subito coepimus philosophari: nec mediocrem a primo tempore aetatis in eo studio operam curamque consumsimus: et, quum minime videbamur, tum maxime philosophabamur. Quod et orationes declarant, refertae philosophorum sententiis et doctissimorum hominum familiaritates, quibus semper domus nostra floruit: et principes illi, Diodotus (vid. p. 296), Philo (v. p. 202), Antiochus, Posidonius, a quibus instituti sumus. Et si omnia philosophiae praecepta referuntur ad vitam, arbitramur nos et publicis et privatis in rebus ea praestitisse,
4. quae ratio et doctrina praescripserit. Sin autem quis requirit, quae causa nos impulerit, ut haec tam sero litteris mandaremus, nihil est, quod expedire tam facile possimus. Nam quum otio langueremus et is esset reipublicae status, ut eam unius (*sc. Caesaris*) consilio atque cura gubernari necesse esset: primum ipsius reipublicae causa philosophiam nostris hominibus explicandam putavi, magni existimans interesse ad decus et ad laudem civitatis, res tam graves tamque praeclaras latinis etiam litteris contineri. Eoque me minus instituti mei poenitet, quod facile sentio, quam multorum non modo discendi sed etiam scribendi studia commoverim. Complures enim Graecis institutionibus eruditi, ea, quae didicerant, cum civibus suis communicare non poterant, quod illa, quae a Graecis accepissent, Latine dici posse diffiderent. Quo in genere tantum profecisse videmur, ut a Graecis ne verborum quidem copia vinceremur. Hortata etiam est, ut me ad haec conferrem, animi aegritudo, fortunae magna et gravi commota injuria; cujus si majorem aliquam levationem reperire potuissem, non ad hanc potissimum confugissem. Ea vero ipsa nulla ratione melius frui potui, quam si me non modo ad legendos libros, sed etiam ad totam philosophiam pertractandam dedissem. Omnes autem ejus partes atque omnia membra tum facillime noscuntur, quum
c. 5. totae quaestiones scribendo explicantur. Qui autem requirunt, quid quaque de re ipsi sentiamus, curiosius id faciunt, quam necesse est. Non enim tam aucto-

auctoritatis in disputando, quam rationis momenta quaerenda sunt. Qui autem mirantur, nos hanc potissimum disciplinam secutos, his quatuor Academicis libris satis responsum videtur. Et haec in philosophia ratio contra omnia disserendi nullamque rem aperte judicandi, usque ad nostram viguit aetatem; quam nunc propemodum orbam esse in ipsa Graecia intelligo. Quod non Academiae vitio sed tarditate hominum arbitror contigisse. Nam si singulas disciplinas percipere magnum est, quanto majus omnes? quod facere iis necesse est, quibus propositum est, veri reperiendi causa et contra omnes philosophos et pro omnibus dicere. Cujus rei tantae tamque difficilis facultatem consecutum esse me non profiteor; secutum esse prae me fero. Nec tamen fieri potest, ut, qui hac ratione philosophentur, ii nihil habeant, quod sequantur. Non enim sumus ii, quibus nihil verum esse videatur; sed ii, qui omnibus veris falsa quaedam adjuncta esse dicamus, tanta similitudine, ut in iis nulla insit certa judicandi et assentiendi nota. — Tum demum mihi procax Academia videbitur, si aut consenserint omnes, aut erit inventus aliquis, qui, quid verum sit, invenerit. *Igitur* nos, qui sequimur probabilia, nec ultra id, quod verisimile occurrerit, progredi possumus, et refellere sine pertinacia et refelli sine iracundia parati sumus. c. 6. Tusc. 2, 2.

Quaerenti mihi, quanam re possem prodesse quam plurimis, ne quando intermitterem consulere reipublicae, nulla major occurrebat, quam si optimarum artium vias traderem meis civibus: quod compluribus jam libris me arbitror consecutum. Nam et cohortati sumus, ut maxime potuimus, ad philosophiae studium eo libro, qui est inscriptus Hortensius, et, quod genus philosophandi minime arrogans maximeque et constans et elegans arbitraremur, quatuor Academicis libris ostendimus. Cumque fundamentum esset philosophiae positum in finibus bonorum et malorum, perpurgatus est is locus a nobis quinque libris, ut, quid a quoque et quid contra quemque philosophum diceretur, intelligi posset. Totidem subsecuti libri Tusculanarum Div. 2, 1.

disputationum res ad beate vivendum maxime necessarias aperuerunt. Primus enim est de contemnenda morte: secundus de tolerando dolore: de aegritudine lenienda tertius: quartus de reliquis animi perturbationibus: quintus eum locum complexus est, qui totam philosophiam maxime illustrat; docet enim ad beate vivendum virtutem se ipsa esse contentam. Quibus libris editis, tres libri perfecti sunt de natura deorum; in quibus omnis ejus loci quaestio continetur. Quae ut plene esset cumulateque perfecta, de divinatione ingressi sumus his libris scribere. Quibus (ut est in animo) de fato si adjunxerimus, erit abunde satisfactum toti huic quaestioni. Atque his libris annumerandi sunt sex de republica, quos tunc scripsimus; quum gubernacula reipublicae tenebamus. Quid ego de consolatione dicam? quae mihi quidem ipsi sane aliquantum medetur: ceteris item multum illam profuturam puto. Interjectus est etiam nuper liber is, quem ad nostrum Atticum de senectute misimus. In primisque, quoniam philosophia vir bonus efficitur, et fortis, Cato noster in horum librorum numero ponendus est. Quumque Aristoteles itemque Theophrastus cum philosophia etiam dicendi praecepta conjunxerint, nostri quoque oratorii libri in eundem numerum referendi videntur. Ita tres erunt de Oratore; quartus, Brutus; quintus, Orator. Adhuc haec erant. Ad reliqua alacri tendebamus animo, sic parati, ut, nisi quae causa gravior obstitisset, nullum philosophiae locum esse pateremur, qui non latinis litteris illustratus pateret. Quod enim munus reipublicae afferre majus meliusve possumus, quam si docemus atque erudimus juventutem? Equidem ex his etiam fructum capio laboris mei, qui, jam aetate provecti, in nostris libris acquiescunt: quorum studio legendi meum scribendi studium vehementius in dies incitatur: quos quidem plures, quam rebar, esse cognovi. Magnificum illud etiam, Romanisque hominibus gloriosum, ut Graecis de philosophia litteris non egeant. Quod assequar profecto, si instituta perfecero. Ac mihi quidem explicandae philosophiae caussam attulit gravis casus civitatis,

quum

quum in armis civilibus nec tueri meo more rempublicam nec nihil agere poteram; nec quid potius, quod quidem me dignum esset, agerem, reperiebam. A Platone autem philosophiaque didiceram, naturales esse quasdam conversiones rerum publicarum, ut eae tum a principibus tenerentur, tum a populis, aliquando a singulis. Quod quum accidisset nostrae reipublicae, tum, pristinis orbati muneribus, haec studia renovare coepimus, ut et animus molestiis hac potissimum re levaretur, et prodessemus civibus qua re cunque possemus. In libris enim sententiam dicebamus, concionabamur; philosophiam nobis pro reipublicae procuratione substitutam putabamus.

Defendat quod quisque sentit: nos institutum tenebimus, nulliusque unius disciplinae legibus adstricti, quibus in philosophia necessario pareamus, quid sit in quaque re maxime probabile, requiremus. Tusc. 4, 3.
Sequimur igitur in quaestione de officiis potissimum Stoicos, non ut interpretes; sed ut solemus, e fontibus eorum, judicio arbitrioque nostro, quantum quoque modo videbitur, haurientes. Off. 1, 2.
Nec tamen multum a Peripateticis dissident nostra, quoniam utique et Socratici et Platonici esse volumus. ib. 1.

P. NIGIDIUS fuit quum ceteris artibus, quae quidem dignae libero essent, ornatus omnibus, tum acer investigator et diligens earum rerum, quae a natura involutae videntur. Denique sic judico, post illos nobiles Pythagoreos, hunc exstitisse, qui eorum disciplinam renovaret. Timaeus c. 1.

Animadverti saepe CATOnem, quum in senatu sententiam diceret, locos graves ex philosophia tractare, abhorrentes ab hoc usu forensi et publico: sed dicendo consequi tamen, ut illa etiam populo probabilia viderentur. Cato autem perfectus (mea sententia) Stoicus et ea sentit, quae non sane probantur in vulgus: et in ea est haeresi, quae nullum sequitur florem orationis, neque dilatat argumentum: minutis interrogatiunculis, quasi punctis, quod proposuit, efficit. Attamen Cato duntaxat de Parad. 1.

magnitudine animi, de continentia, de morte, de omni laude virtutis, de diis immortalibus, de caritate patriae, Stoice solet, oratoriis ornamentis adhibitis, dicere.

Fam. 13, 10. Att. 13, 18. Ac. 1, 3. M. VARROnem et modestum hominem cognosces, et prudentem; praeterea magni laboris, summaeque industriae. Est homo πολυγραφώτατος. Nam aetatem patriae, descriptiones temporum; sacrorum jura et sacerdotum; domesticam, bellicam disciplinam; sedem regionum, locorum; omnium divinarum humanarumque rerum nomina, genera, officia, causas aperuit: plurimumque poetis nostris, omninoque Latinis et litteris luminis attulit, et verbis: atque ipse varium et elegans omni fere numero poëma fecit: philosophiamque multis locis inchoavit, ad impellendum satis, ad edocendum parum. c. 3. Et tamen in illis veteribus suis, quae Menippum *(Cynicum)* imitatus, non interpretatus, quadam hilaritate conspersit, multa admista ex intima philosophia, multa dicta dialectice: quae quo facilius minus docti intelligerent, jucunditate quadam ad legendum invitati, in ipsis Antiquitatum prooemiis philosophica scribere voluit. Probat autem Academiam veterem.

Nat. d. 1, 6. Ad C. VELLEJUM senatorem *(quem Epicuri Physica explicantem facit Cicero l. 1. de nat. d.)* Epicurei primas ex nostris hominibus deferebant. Q. LUCILIUS BALBUS autem tantos progressus habebat in Stoicis, ut cum excellentibus in eo genere Graecis compararetur *(quare l. 2. de nat. d. Stoicam rationem exponit)*.

Fin. 5, 1. *(ATTICUS loq.)* Ego, quem vos ut deditum Epicuro insectari soletis, sum multum equidem cum Phaedro, quem unice diligo, ut scitis, in Epicuri hortis, quos modo praeteribamus: nec Epicuri licet oblivisci, si cupiam.

Ac. 1, 3. BRUTUS noster excellens omni genere laudis, sic philosophiam Latinis litteris persequitur, nihil ut iisdem de rebus Graeca desideres: et eandem quidem sententiam sequitur quam Varro. Nam Aristum Athenis

Athenis audivit aliquamdiu, cujus ille fratrem Antiochum, et exercuit eum illa vetus Academia. Brut. 97.

LUCRETII poëmata, ut scribis, ita sunt; non multis luminibus ingenii, multae tamen artis. Q. fratr. 1, 11.
(Carmen illius Epicureum de rerum natura, quod ad nostra tempora pervenit, spectare videtur.)

CONSPECTUS

HISTORIAE PHILOSOPHIAE GRAECAE, ET ROMANAE POST CICERONEM.

1. Inter Poëtas Latinos *Virgilius* et *Horatius* immerito Epicureis annumerari solent, quibus et *Maecenas* favisse putatur; *Ovidius* saepe Pythagorico-Empedocleam physiologiam expressit; *Manilio*, *Lucano*, *Persio* Stoicorum decreta placuere.

2. *Tacitum* et *Strabonem* Stoicis annumerant.

3. Inter eos, qui Pythagoricam sectam quodammodo restaurare conati sunt, eminuerunt *Sextius*, *Sotion* (Senecae praeceptor), *Moderatus*, nemo tamen magis quam *Apollonius* Tyaneus, homo fanaticus atque praestigiator, cujus portentosam biographiam corrasit Philostratus, sublestae fidei scriptor.

4. Inter Platonicos seriores inclaruere *Thrasyllus* Astrologus, qui Platonis dialogos in tetralogias distribuit; *Theon* Smyrnaeus, qui Mathematica Platonis explanare studuit; *Alcinous*, Auctor introductionis in Platonis philosophiam; *Favorinus*, ab Hadriano Imp. magni aestimatus; *Taurus*, cujus discipulus fuit A. *Gellius*; *Apulejus* Afer, cujus complures libros habemus; *Atticus*, qui philosophico Syncretismo occursurus differentiam inter Platonis et Aristotelis disciplinam exposuit, ut patet ex fragmentis servatis ab Eusebio (in Praep. Ev. I. 15); *Numenius* Platonico-Pythagoreus, cujus librorum fragmenta etiam servavit Eusebius; *Maximus* Tyrius, cujus habemus dissertationes philosophicas 41; inprimis autem *Plutarchus* et *Galenus*, non minor philosophus, quam medicus, utrique tamen eclectici quodammodo.

5. Tertio post C. seculo nova prorsus Eclecticorum secta exorta est Alexandriae in Aegypto; quare iidem vocantur Alexandrini, itemque Platonici recentiores, quoniam Platonem se sequi jactabant, quamquam et hujus et ceterorum philosophorum disciplinam corruperunt.

Nam in omnium fere sectarum et religionum concordiam vel syncretismum conjuraverant. Fanaticae hujus sectae primus auctor fuit *Potamo*, cujus aetas incerta. Majori successu ejus vestigia pressit *Ammonius Saccas* Alexandrinus, qui certiora et notiora Eclecticae sectae fundamenta jecit. Ex illius discipulis inclaruerunt *Longinus*, rhetor potius quam philosophus, *Origenes*, et omnium maxime *Plotinus*, alter hujus philosophiae parens, scriptor subtilis, sed obscurus atque fanaticus. Illius discipuli fuere *Amelius* et hoc multo celebrior *Porphyrius*, librorum praeceptoris emendator, et acerbissimus religionis christ. hostis. Porphyrii discipulus fuit *Iamblichus*, scriptor levis et credulus, magnum tamen aeque ut praeceptor nomen nactus. Pertinent huc etiam Imp. *Julianus*, *Eunapius* (cujus habemus Vitas sophistarum), *Hierocles*, (auctor commentarii in aureum carmen Pythagorae, librique de providentia). Omnes autem superstitione et constandis diversissimis et superstitionis et philosophiae generibus superavit *Proclus*, cujus vitam descripsit discipulus atque successor *Marinus*. Tota omnino hujus sectae philosophia enthusiasmo superstructa erat. Platonis adulteratam rationem praesertim cum Pythagorica conglutinabant; addebant Aristotelica; Philosophiam quoque orientalem sibi vindicabant; immo disciplinam suam attemperabant Christianorum rationibus. Denique theurgiae dediti erant, nec erubescebant libros magnis vetustatis nominibus e. g. Hermeti supponere aliasque fraudes moliri.

6. Peripatetici seriores partim Aristotelis doctrinam incorruptam servare sibi videbantur; partim ad Syncretismum eo tempore ingravescentem delapsi, Aristotelem in primis cum Platone conjungere studebant. Ad priorem classem post Andronicum Rhodium, Ciceronis aequalem, pertinet praecipue *Alexander* Aphrodisaeus. Syncretistici Peripateticismi initia ab *Ammonio*, Plutarchi praeceptore (non confundendo cum Ammonio Sacca) repetenda sunt. Huc referendi etiam *Themistius*, *Olympiodorus*, *Simplicius*.

7. Inter Cynicos eminuere *Demetrius*, vir antiquae virtutis veraeque Cynicae fortitudinis (imperante Nerone); *Oenomaus*, qui contra Pseudo-Cynicos scripsit nec non contra oracula: *Demonax*, verae virtutis laude celebratus, cujus vitae historiam debemus Luciano, qui et *Peregrini*, Pseudo-Cynici, historiam non satis fideliter enarravit.

8. Stoicorum disciplina post. C. N. maxime floruit. Notandi sunt *Athenodorus* Tarsensis, Augusti praeceptor; *Cornutus*, poëtae Persii magister, cujus esse putatur libellus de natura deorum, ab aliis Phurnuto cuidam tributus; prae ceteris autem triumviri isti Stoici celeberrimi, quorum scripta habemus: *Seneca*, *Epictetus* (cujus dissertationes litteris mandavit discipulus *Arrianus* et Enchiridion copio-

copioso commentario explicavit *Simplicius* Peripatet.) et Imp. M. *Aurelius Antoninus*.

9. Ad Epicureos, quorum disciplina semper incorrupta servata est, vulgo non satis accurate referunt *Plinium*, historiae nat. auctorem, *Celsum*, Christianae religionis hostem ab Origene refutatum, *Lucianum* atque *Diogenem Laertium*.

10. Sceptici exigua, si cum ceteris sectis compararentur, fortuna usi sunt. Omnium hujus scholae celeberrimus fuit *Sextus Empiricus*, qui integram sectae suae doctrinam libris suis posteritati tradidit.
